

Beati **D. VII. 52**: 83. ff. q. 3. b. 1.

... ut primo ...
... habeat similitudinem ...
... sanguinem ...
... octiduum ...
... hinc iam usq. ad partem ...
... dies ...

APODIXIS, *Ac II.*
siue

15/3


DEMON-
STRATIO,
CALVINISTAS
NON ESSE AVGVSTANAE
Confessionis, aut Lutheranorum fra-
tres: aduersus Apologeticam Con-
radi Vorstij, disputationem
de Augustana Con-
fessione,

*DETECTI ITEM ERRORES
errorum Pontificiorum circa primos arti-
culos, à Conrado Vorstio disputationi
appensorum, à*

R. D. Bernard. Dörhoff Monast.
SS. Theol. Baccal.

MONASTERII VVESTPHALIAE
Typis Lamberti Raßfeldt.

ANNO M. DC VIII.



INDEX CAPITVM.

1. Quis intelligatur nomine Calvinistæ?
2. Quæ sit vera Augustana confessio?
3. Quibus in Imperio permilla sit Augustana confessio?
4. Calvinistas reiectos semper viuo Luthe-
ro à Confess. Augustana & fraterni-
tate Lutheranorum.
5. Calvinistas exclusos à fraternitate & Cõ-
fess. Augustana per posteros Lutheri.
6. Calvinistas seipfos separasse à confessio-
ne Augustana.
7. De multiplici Augustanæ confessionis
mutatione.
8. Calvinistas nullos ferè Confessionis Au-
gustanæ articulos recipere.
9. Elusiones Prædicantis elisæ.
10. Ecclesiæ Romanæ cum Augustana con-
fessione conuenientia.
11. Prudentius à Confessione Augustana &
Lutheranismo ad Catholicismum,
quam Calvinismum transiri,
12. De dissidijs Catholicorum.



A M P L I S S I M I S,
NOBILIBVS, CLARISSIMIS,
CONSVLTISSIMISQVE VIRIS
AC DOMINIS, D. BERNARDO DRO-
ste, & D. Ioanni Herding, Urbis Mona-
steriensis Consulibus vigilantif-
simis, Dominis suis pluri-
mum colendis.



NON necdum sunt quinque Con-
sules Amplissimi quando an-
num Iubilæum, si non eo quo
voluimus apparatu lætitiæque
hac in vrbe; at certè ea qua po-
tuimus animorum gratitudine & alacritate
celebrauimus. Erat videre per id tēporis, ali-
os eleemosynis in pauperes catechismo prius
imbutos dispertiendis occupatos; ieiunijs a-
lios castigationi que & redactioni corporis
cum Apostolo Paulo in seruitutem inten-
tos; alios de expiandis per contritionem
confessionem que perfectam peccatis, de que
reficiendis animis suis corpore sanguine que
Christi pretioso sollicitos; plurimos preci-
bus supplicationibus que; ad templa diuersa de-
ditos. Ibat Deo deuotum agmen per urbem,
non iam cum vsitata illa, in que mores po-
puli Catholici recepta diebus Rogationum
pietate, sed nouo & ante diem istum incog-
nito deuotionis ardore. Compleban-
tur plateæ ac templa spissis comitantium

PRAEFATIO.

comprecātiumq; turbis, personabat æther læ-
tis campanarum ad numerum consonantium
ictibus; & quaquaversum supplicatio proce-
debat, diuersis symphonicorum, assa voce,
varijsque instrumentis musicis psallentium,
choris Dei laudes audiebantur. Quid adole-
scentulos innocentes memorem angelico cul-
tu exultos, qui omnium oculos mentesq; in
Christi amorem rapiabant, viam passionis
dominicæ imaginem spectantibus repræsen-
tantes? Hic coronam ex horridis spinis con-
textam (quali rex gloriæ peccatorum nostro-
rum causa redimitus fuerat) præ se ferebat; co-
lumnam iste, indicem columnæ, ad quam in
prætorio alligatus astiterat, qui suo nutu dis-
soluit omnia, sublimem gerebat; crucem ali-
us, in qua vita nostra fuerat mortua, attolle-
bat; cæteri flagella, Clauos, lanceam & reli-
qua instrumenta ignominiosissimæ mortis
nostra causa susceptæ portabant. Subsequeba-
tur in Pontificali habitu R. mus D. Suffraganeus
D. Nicol. Arresdorffius, & c. angelorum re-
gem redemptoremq; nostrum Christum Do-
minum in augustissimo Eucharistiæ ferculo
portans. Quod istud pectus adeo ferreum,
quæ ista præcordia adeo adamantina, quibus
hæc conspecta non memoriam modo pretio-
sissimæ Redemptionis nostræ, sed & diuini
amoris faces non subijcerent? possitne quis-
quam hæc inauditæ dilectionis monumenta
atten-

PRAEFATIO

attentius contemplari, & non sensu charitatis reciproco commoueri? Turca sit & barbarus, quem nullus in hisce pietatis sensus afficiat; hæreticus vero, & prorsus atheus, qui cum Bezã nihilominus in colloq. Mompelgart, fol. 418. exclamet: *Fateor me ex animo crucifixi imaginem detestari*, simulq; omnem sanctarum supplicationum execretur vsum. Accessere ad cumulum huius celebritatis beatorum cum Christo in cælis regnantium ossa exuuiãq; sacra, auro atq; argento fabrefacto incluse, quæ à tempore Anabaptistarum non sine execratione nominandorum, in obscuros ignotosq; recessus detrusæ, tũ primum in lucem adeoq; in libertatem Iubilæi priuilegio redierunt.

Offendit non parum diuini cultus hostem Sathanam, eiusq; emissarios hæreticos, noua hæc & ab hominum memoria hic locorum nõ spectata deuotio; vertit se cum suis in partes omnes, reuersusq; ad artes pristinas, ad vilitas sibi futelas, ad imposturas veteres, Calvinianum hominem subornauit; qui schediasmata, & *ἐλέγρια* nescio quæ, Conradi Vorstij Calvinistę in urbem illata, per vulgus spargeret, efferuescentiq; catholicorum pietati frigidam è Phlegetontæis amnibus affunderet. Verum non fefellit diu vestros, Senatusque prudentissimi vigilaces oculos: Conspectus, apprehensus, eiectus est ex vrbe venenarius hæreticus per liçtores publicos, inq; rem ma-

PRAEFATIO.

lam facessere de cætero iussus. Nimirum sapi-
 enter considerabatis non ferendos venenosos
 exitiabilesq; hæreticorû sætus in ea vrbe, quæ
 ante nongentos años à gètilitijs erroribus ad
 Romanam Ecclesiam, per B. Svuibertum, ve-
 teris D. Pauli exedificati primum authorem,
 fuerat inuitata; In qua à B. Ludgero primo vr-
 bis Episcopo fides Romana prodigijs multis
 fuerat plantata; cuius ciues tot iam labenti-
 bus sæculis per Gerfridum, Alfridum, Lubertum,
 Gvvilhelmum cæterosq; Ludgeri suc-
 cessores 54. salutaribus Romanæ religionis
 fontibus fuerant rigati, in vrbe inquam Ca-
 tholicissimi Imperatoris Caroli Magni felici-
 bus auspicijs post tricennalia cum VVestpha-
 lis Saxonibusq; bella, Christo, Romanæque
 sedi aggregata, non tolerandos vobis Catho-
 licæ, Romanæ, pientissimorumque maiorum
 vestrorum fidei contrarios partus: Ne quo-
 rum in hæreditates locaque successistis, ab eo-
 rum sanctis moribus, & religione, ex quadam
 animi leuitate discessisse iudicaremini: ne
 tanquam infideles & idololatras eos cum
 Nouangelicis damnaretis, quos Deo propter
 argumenta sanctitatis plurima, placuisse ni-
 hil addubitatis.

Quin & illud expendebatis, nihil ab opti-
 mis quibusq; Imperatoribus seueriuscautum,
 quàm ne hæreticorum libri vsquam tolera-
 rentur. Sic enim Constantinus & pietate &
 armis verè Magnus lib. 2. hist. trip. cap. 16.

in E-

Episcopi à
 B. Ludge.
 1054.

PRAEFATIO.

in epistola sua scribit. *Si qua conscriptio ab Arrio (Caluinistis Arrianizantibus) facta reperitur igni tradatur: vt non solum praua eius doctrina deperat, sed neq; vlla possint eius remanere commenta.* Hoc etiam praecipio, si quis conscriptiones Arrij celsesse comperitur, & non repente proferens igne consumpserit, mortis supplicio subiacebit. Mox enim vt in hoc captus fuerit capitalem suscipiat ultionem. Eadem mens Valentiniani ac Martiani Imperatorum fuit in L. quicunq; C. de hæreticis, vbi sancunt, vt vltimo supplicio afficiantur, qui contra venerabilem Chalcedonensem Synodum (eadem est ratio Tridentini Concilij) quippiam docent, Et addunt: *Ornes vero huiusmodi charta & libri, qui funestum Eutychetis & Apollinaris complexi fuerint dogma, incendio concrementur, vt facinorosa peruersitatis vestigia flammis combusta deperant.* Aequum namq; est, vt immanissima sacrilegia par poena magnitudo percellat. Scientibus moderatoribus prouinciarum eorumq; apparitoribus, defensoribus etiam ciuitatum, quod si ea quae legis huius religiosissima sanctione custodire decreuimus, aut neglexerint, aut aliqua permiserint temeritate violari, denarum librarū auri mulctam fisco nostro inferre cogantur; Insuper etiam existimationis suae periculum sustinebunt. Quid Theodosium item religione belloque Magnum L. Damnato. ibidem, quid Carolum item non minus dictis Magnum, quid Pontifices Leonem I. in Epistola ad Toribium, Gelasium in Põtificali, aliosq; hæc te re recenseam? Habemus A. & 19.

Leges Cæsareæ li. broshæreticos interdicit.

PRÆFATIO.

primos Christianos, qui non hæretica sed hæ-
 reticis minus pernicioſa, curioſa inquam ſe-
 ctati, contulerunt libros, combufferuntq; co-
 ram omnibus computato eorum pretio ad
 quinquaginta millia denariorum. Habemus
 in VVeſtphalia iudicium, quod appellant, ve-
 titum (de quo Pius 2. in deſcript. Europæ cap.
 36.) quo ipſos etiam Apoſtatas à Romana fide,
 nedum libros eorum Carolus Magnus voluit
 puniri. *Occultos, inquit, inſtituit iudices, quibus
 poteſtatem dedit, ut quamprimum comperiſſent deie-
 raſſe aliquẽ, aut ſregiſſe fidem* (Chriſto Eccleſiæq;
 Romanæ datam) *aut aliquod aliud flagitium com-
 miſiſſe, mox illum ſupplicio afficerent, vbi primum
 comprehendi poſſet, nulla citatione præuia aut deſen-
 ſione præmiſſa. Elegit autem viros graues & recti a-
 mtantes, quos plectere innocẽtes haud veriſimile fuit.*
 Habemus denique, quorum eſſe volunt fra-
 tres Calviniftæ, Lutheranos apud Schluffel-
 burgium lib. 3. art. 4. Theologiæ Calvinift.
 prohibentes Calvinianorum libros apud ſu-
 os diſtrahi non minus quã certiffima venena.
 Adeo non Imperatores tantum Pontificiq;
 ſanctiffimi ſemper exterminârunt hæretico-
 rum libros, ſed ipſi etiam hæretici paulo ſa-
 pientiores aliorum hæreticorum à Caluino
 Sacramentarijſque politicis venientium im-
 pia ſcripta damnarunt, lacerarunt, exuſſe-
 runt. Neq; vèro magnopere laboramus de
 eo, quod orthodoxos & quidem reformato-
 ſe Calviniani appellitent: nam etiam te-
 nebra-

Krantzius
 lib. 2. Sax.
 cap. 21.
 Ioan. Boë-
 mus li. 3. c.
 14. de mo-
 ribus gen-
 tium idem
 pluribus
 narrat.



PRAEFATIO.

nebrarum Princeps videri vult angelus lucis,
 & fur boni viri cognomento, & lena honeste
 mulieris appellatione gaudet: & æquè facile
 est orthodoxos reformatos scribere, ac orco-
 doxos, vel tortodoxos, aut etiam cacodoxos
 (hec enim apud diuerfos lectionis est varietas)
 deformatos. Sat est eos vetustorum patrum &
 Conciliorum cōsensu, in scripturis torquen-
 dis, deprauandisq; deprehendi hæreticos. Sa-
 tis superq; est ab inferis reuocari per eos Si-
 monis Magi, Arrij, Vigilantij, aliorumq; opi-
 nationes vesanasq; hæreticas: plus quam sa-
 tis est eos, & à Tridentina Synodo longè do-
 ctissima sanctissimaq;, & à suis Euangelicis Lu-
 theranis & Calvinopapistis anathemate feriri
 vt hæreticos. Vel vnus noster primus Episco-
 pus Ludgerus Vorstium cum suis rhapsodijs
 redarguit vt hæreticum & Calvinianum im-
 postorem simul, in illo ipso libello (vt iam
 missos faciam alios) quem tum contra Indul-
 gentias edidit. præterquam enim quod san-
 ctissimus Antistes, in Epistola ad Rixfridum,
 indulgentiarum à Leone 3. Pontifice concef-
 farum in Sancti Svuiberti die festo & dedica-
 tione commemorat, etiam apertè ostendit, e-
 as iam tum, id est, año octingentesimo à Chri-
 sto nato vsitatas probatasq; fuisse, & in pri-
 mam VVestphalorum Saxonumq; Ecclesiam
 cum fide Christiana inductas. Vt vel mendax
 sit calumnia, vel insignis prædicantica insci-
 tia; quod scribit Vorstius cap. 24. §. 4. libello

PRAEFATIO.

cit. sub Alexand. 3. anno 1170. reperiri primum Indulgentias in dedicatione celebratas, in quo trecentis & amplius annis à vero aberat. Nec refert quod apud Gratianum ac Lombardum ea D. Ludgeri testimonia nō extent; sufficit vndecunque testes adduci, vbi de veritate rei quæritur, modo sint fide digni & omni exceptione maiores. Verum operę pretium non est eo de argumento nunc agere, quod doctissimi viri Robertus Bellarm. & Rutilius Benzonijs alijq; iustis voluminibus pertractarunt. Eiectum ex vrbe optimo iure, prudentissimoq; vestro consilio proxenetam Calvinianum differimus, idq; ex ea vrbe, quę recordatione præteriti temporis ad omnem noui Euangelij hæresumq; mentionem merito in sempiternum perhorrescet. Regrediamur enim ad annum 24. superioris sæculi, videamus clades huic ciuitati superfusas ab hæresibus, inueniemus nunquam alias grauioribus eam conflictatam miserijs, & vix vnguem latum ab extremo fuisse exitio atque excidio. Extant plurimorum hac de re commentarij Catholici iuxta ac hæretici. Nam & Surius ad annum 34. in commentario, & Lambertus Hortenius in peculiari hac de re opusculo. Fabritius Bolandus in libris decem de motu Monasteriensi, & Henricus Dorpius Monasteriensis apud Luth. in Tom. 2. VVittenbergæ & Kersfenbrochius in Heroico

PRAEFATIO.

roico carmine, Sleidanus, Munsterus, & quicquid historicorum ea tempora attigit, miserabilem urbis huius statum conditionemque expressit. Pudet dedecora patriæ meæ charissimæ rememorare, ne tamen ob utilitatem, quæ ex præteritarum rerum cognitione haurimus, licet tacere. Summa sequar vestigia rerum. Irrepserunt primum in urbem hæreticæ vulpes propalam veteris Christi, at in occulto nouum Lutheri Euangelium profitentes. Per hos libri eandem libertatem Euangelicam spirantes passim vulgo in manus ingesti sunt. Noua, ait ille, delectant, maximè si arte quapiam, & in primis ementito Euangelij splendore, fucuntur. Lectitat rude vulgus, quæ non intelligit, & sutor ultra crepidam progressus, de fidei mysterijs disceptare incipit. Nec deest sibi Sathan, malè intellecta scripturæ fragmenta in speciem veri obiectat; monet mundus eam quæ per hoc Euangelium offertur libertatem specioso figmento dictam Euangelicam arripiendam: vrget caro pertesa ieiuniorum, vigiliarum, ciliciorum, precationum longiuscularum, cubilium duriorum, non neglegendam occasionem tot afflictionum semel per nouam hanc doctrinam abiiciendarum. Quid multa? deserto B. Ludgero itur ad Lutherum; ab hominibus obæratæ cupiditatis; ditari ex Ecclesiasticis bonis, à viris ventri venerit; deditis, & nec cõfiteri Sacerdoti, nec cõteri verè de peccato co-

PRAEFATIO.

cogitatibus, decurritur ad solifidianos: ab hostibus omnis Ecclesiasticæ immunitatis, potentiae, & iurisdictionis transfugitur ad Monasteriorum expilatores, & harpyias Ecclesiarum, de quibus Apostolus in 2. ad Tim. 3. *Hoc autem scitote, quod in novissimis diebus instabant tempora periculosa: erunt homines seipso amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedi- tes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace; criminatores, incontinentes, inmites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.* Horum dux caputque fuit Bernardus Rotman. Statlonensis patria, ab avo descendens ob veneficia exurendo Dauentriæ, ni Raimundus Cardinalis interuenisset, cuius intercessione flammæ cõmutatæ in ignominiosam mulctæ circumlationem: à patre progenitus de incantationibus vehementer suspecto: ipse vt triueneficus à multis habitus. Illi se fidelem socium adiunxit Brixius Nordanus accepta in vxorem Rotmanni sorore, nihil impediante nouum matrimonium, quam alibi habebat, legitima coniuge. Additur his Lubbertus Canfenius, qui quantus quantus fuit, ganeo impurus extitit, ab vna ad aliam, Euangelica libertate animum fidemq; datam transferens. His trium- uiris succentoribus oppugnatur primum tanquam minus ad resistendum potentes Nizin- ganæ

Rotman-
nus primo
Luthera-
nus.



PRAEFATIO.

ganæ Sanctimonialis, & religiosi ad fontem salientem. Ijs sub politicum regimen deductis, spoliatisq; per vim quibus otium propulfabant, pauperemq; tolerabant vitam instrumentis operum manuariorum, ad collegia nobilium æquè ac plebeiorum circumscribenda onerandaq; compluribus grauinibus & articulis, à condita Monasteriensi Ecclesia inauditis, sunt progressi, omnia paulatim coniurationibus atque seditionibus contra magistratum politicum, Ecclesiasticumque perturbantes.

Non est in medico semper releuetur ut ager,

Interdum doctus plus valet arte malum.

Non est in manu eorum qui præfunt, semper tranquillas respublicas præstare. Sæpe Grachus quispiam, vel Saturninus interuenit. Pretextus erat bonum publicum, nulli non gratissimum, priuilegiorum contra otiosum clerum & nimis potentem conseruatio, defensio ciuicæ libertatis. Hæc iactitabantur, ornabanturq; verbis nouangelicis speciosissimè. Sed reuera latebat sub ijs euersio antiquæ religionis, dumq; certabatur ad speciem de politicis causis, re ipsa Ecclesiastica iura canonesq; odiosè confusis questionum sæcularium spiritualiumque statibus & foris, proculcabantur. Et quidem Luthericè omnia ista ad annum vsq; 32. sunt gesta: Ab eo vero tēpore Zvvinglianismus Caluiniſmi gemellus successit: cum enim

PRAEFATIO.

Rotman-
n^o secūdo
Zvvinglia-
nus.

Cæna
Zvvingli-
lica.

Rotman-
nus tertio
fit Anaba-
ptista.

enim Rotmannus Argentinam ad Bucetum
Caluini formatorem ann. 31. (vt eius Epistola
Spiræ data ad quosdā factiosos ciues indicat)
abiisset, inde reuersus quam hauserat doctri-
nam Sacramētariam secum asportauit. Docet
id ab ipso conscripta typisq; euulgata doctri-
næ confessio, in qua agens de Sacramentis,
cæna, ait, est signum donatæ per Christum
gratiæ. Docet id ratio, quam seruauit in di-
stributione cænæ, qua albos in manica (& e-
rant sæpe in ea donata farcimina, laridiq;e
segmenta) circumtulit panes, quos cænaturis
dignas labris Sacramentarijs lactucas, da-
bat. Docet id nomen *Stutenbernt* à simi-
lagineis panibus illi *relictum* apud posteros
in hodiernum diem. Difficile est animum à
Constantia Romanæ fidei depulsum semel
sistere; ruit velut saxum auulsum ex monte
summo, dum veniat in profundum Atheismi.
Qui à Catholicis ad Lutherum dilapsus se-
mel fuerat mox à Luthero ad Zvvinglium,
& à Zvvinglio pergit ad anabaptismum,
ab hoc ad Turcismum (prout accidit in Sar-
matia multis, & duobus in palatinatu Cal-
uinistis, Syluano & Neusero) vtiq; defecturus,
si non cæsus in pugna ad imum barathri prius
descendisset. Vix annus 33. decurrit, Rotman-
nus sibi non satis in Calvinismo faciens, aper-
tè cū Ioanne Leidano, alijs è Belgio, & maxi-
mè ex Hollandia supplicij metu dilapsis, pro-
fiteri

P R A E F A T I O .

fiteri incipit anabaptismum , vocatis etiam in
 disputationem 7. & 8. Augusti omnibus Euan-
 gelicis fratribus , qui propugnarent paruulo-
 rum baptisma. Replentur ex eo die omnia en-
 thusiasticis & arreptitijs , vt verè dixeris , ho-
 minibus. Faber ferrarius neq; litteras , neque
 notare doctus de repente hausto quasi spiri-
 tu ex ignitis carbonibus , concionatur omni-
 um cum stupore in cœmiterio D. Lamberti
 contra Magistratum omnesq; non Anabapti-
 stas. Concionatur & opificis cuiusdam filia ad
 plures horas postquam nescio quid fuxisset
 ex Rotmanni laguncula. Prodit domo sua
 Knipperdollingius cum suo hospite Ioanne
 von Eiden / concursatur ab illis velut furibun-
 dis per plateas ; & nunc cælum fixis suspi-
 citur oculis , mox pœnitentiam agite , pœniten-
 tiam agite iterato clamatur : iam iam imper-
 dentis iræ Dei , cæliq; ruituri in capita ni
 conuertantur , pœnunciij per vicus audiuntur :
 Id ingeminat cæcus altis in peronibus cespi-
 tans , ruensq; ipsemet in cænum , cælis nihil
 loco motis : Inclamat id eques per compita
 furens : id iam rauca ex diuturnis de pœniten-
 tia agenda clamoribus mulier , & tintinnabu-
 lis & nolis corpori appensis insonat. Quid
 multis ? iam numero potentiores facti aduer-
 sarijs Anabaptistæ induunt arma , forum oc-
 cupant , & Lutheranos , Sacramentariosq; æ-
 què ac catholicos infestant .

Pluit Pro-
 phetis re-
 pletis Spi-
 ritu nequâ ,

Eijci-

Eijcitur ex sedibus suis ciuis, & intrat aedes eius peregrinus: nō permittitur exiguum panem efferre puerulis euntibus cum parentibus in triste exilium, omnia sibi vendicat in-tromissus prius ex gratia ingratus hospes: Ex-cedit patria omnibus exutus & prope nudus inter niues frigoraq; , qui prius cum tempus posceret abnuerat in defensionem antiquę fi-dei expendere duos tresue terencios.

Metropolis VVestphalię Monasterium fit Anabaptistis nomenclatoribus noua Ierusa-lem, campus dominicus efficitur Sion. Io-annes Matthisson Harlemonsis nocturnus cō-cionator ac leno, fit alter Samson, nisi quod v-nius militis lancea confossus fuerit, qui tota Principis castra solus profligare se posse som-niauerat. Hilla prope Levvardiam nata in Fri-sia, transformatur in Iudith, quę tamen non Principi suū abstulerit caput prout sperarat ex vrbe castra subiens, sed ipsa capite palo in-figendo plexa fit, reliquo corpore in cineres redacto. In prophetam mutatur Ioannes Du-sentschur/ cui pater Anabaptistarum reuelat, vt tanquam Samuel quidam in regem inun-gat Ioannem von Leyden. Nouus deniq; rex Dauid (rectius basiliſeus) anno 34. creatur Io-annes Voselſon Leidanus patre Batauo, matre VVestphala illegitimus natus, edoctus pri-mum Leida reficere caligas, mox etiam cau-ponari, quoque plures haberet hospites ef-

fsemi-

PRAEFATIO.

sceminatas exhibere domi comædias, in scenam personatos reges & meretriculas inducere, morem gerere perditis adolescentibus asfectus. Vix hic renunciatus rex fuerat, cum de aula regia officijsq; disponit accuratè; Knipperdollingio prorege, si quando ipsum contingat abesse & legato, Rotmanno Oratore, Pellione pro magistro equitum, alijs vero ad alia assumptis. Regina sedecim ex omni numero infra ætatis annum 20. omnes vna dempta eliguntur. amiciuntur veteramētarij regis Aulici vndulatis damascenijsq; vestibus per sacrilegiū harpagatis. Conflatæ pro rege ex auro purissimo coronæ duæ, altera turruculis gemmisq; refulgens, altera etiam cruce super turruculas conspicua. Additur his pro debito laqueo gemmeus torques sphæram mundi auream sustinens, quam gladij duo transfuersi, alter aureus, argenteus alter penetrabant: emicabat inter eorū capulos crux aurea cum hac inscriptione. *Ein Köninck der gerechtigkeit yber all.* Rex iustitię super omnia. fit añulus sigillaris ex auro rhenano 22. florenorum tanquam durabiliore, in quo sphæra cum decussatis gladiolis inciditur ascriptis his versibus. *Der Köninck in den nyen Tempel/ führet diß für ein Exempel.* Quot-hebdomadis rex ipse ter coronam portans, holoseriatus, purpuratus, gemmatus, & quemuis regem cultu, (vt qui factor ipsemet esset) exuperās, superbo

PRAEFATIO.

equo in forū progrediebatur. anteibāt tibicines, indices aduētantis regis, hos cōsequebātur nobiles duo, & Magister equitum cū peditum ductore, omnes egregiè plumati. Succedebant his consiliarij bini, quibus prētorio prēfectus albū manu obliquans scipionē ibat proximus. Hunc sequebantur adolefcētes duo forma vestituque eximij, quorum alter manu tenebat biblia, gladium alter, argumenta potestatis, quam sibi rex eorum vestigia premens, in sacra profanaq; arrogabat. Regem à tergo ipsius Vicarius Knipperdolling cum Rotmanno cæterisque comitabatur, stipabant latera viginti octo stipendarij. vt ventum ad forum, solium aureo tapete *instratū* *in*scendebat: *ade-*
rant litigaturi de rebus, quę ne nominari quidem inter Christianos debebant. Hi curvato bis poplite, & proni in terram semel prostrati regem venerabantur, sibiq; ius dici poscebant. Ipse matrimonia iungebat, & distrahebat; ipse profanū panem cenantibus porrigebat, accipite inquitens, comedite, annunciate mortem Domini, Reginā calicem porrigente dicenteq; bibite & annunciate mortē Domini: ipse aurum, argentum, vestiaria, frumentaria, esculenta omnia, vnum in locum tanquam cōmunia futura, sed reuera, vt suam ex ijs aulam sustentaret, conuectari iubebat: ipse carnifex melior, quam rex, militi in excursione capto abductoq; ad cenam magnam, ceruices, quod

APODIXIS, CALVINISTAS

vestem nuptialem non haberet ad mensam ipsam accumbentibus spectaculo sanguinis bullientis belluinęq; cædis horrore perfusis, incidebat : ipse reginæ condolentis populo præ fame morienti, caput sua manu refecabat, iussis alijs quindecim reginis & spectare vxoricidium, & cantillare psalmos consuetos, & choreas secum atque cum aulicis, tanquam re insigni gesta, ductare.

Emissi sunt 12. Octob. anni 34. non duodecim (quot Christi fuerāt) Apostoli, sed 27. qui relictis in vrbe centū viginti quatuor vxoribus suis (prout captiui sunt testati) ad quatuor mundi plagas anabaptismum propagaturi concesserunt. Susatū ad meridiem octo, Os nabrugum ad septentrionē sex, octo Cosfeldiam ad occidentē, quinq; VVarendorpium ad Orientem. Emisit eos rex veteramētarius Leidanus, datis vnicuiq; aureis nūmis à se cufis, quos ad pedes obduratorum abijcerent in testimonium noui Euāgelij oblatis. Distributę sunt prouincię per Germaniā noui regis & adhuc obfessi principibus, Archiepiscopatus Colonien. cuidam regis populari Leidano, Frisia vtraq; vna cū Groninga Nicolao nescio cui, Saxonia alij, Brunsvvigia, alięq; plagę alijs. Distribuit eas spe deuoratas, rex sarcinator, & nouus Attila Leidanus: Feles, sorices, glires, erinacei, lumbrici, corium, excrementa ad famem depellendā cōquisita sunt per vrbem: Etiā (horresco referens) humanorum cadauerū carnosę

PRAEFATIO.

partes in cibū sunt acceptæ, mactarunt infantulos matres, & ex ijs vna, rebus ante anabaptismum saluis honestissima florentissimaque, tres, quos vno partu effuderat infelix genitrix, occidit, saliuit, absumpsit. Ad has escas miseros impostor pertinacissimus in sua perfidia rebellioneq; adegit Leidanus. Sed nō diu barbaricū hoc stetit regnum; vltus est iustissimus iudex Deus, & se, & Christum de anabaptistis. Inuadit urbem ad mediū noctis, diem Baptistæ natalē excipiētis (vt Baptistā præcursorē Christi, anabaptistas Antichristi prodromos oppugnare videas) Hensulus Langestratus cum delecta quadringentorum militum manu, occupat tormenta ænea in cede D. Pauli sacra reposita, & post ancipitem aliquamdiu pugnam irrumpentibus è Castris alijs atq; alijs in auxilium, fugat, fundit, mactat feras anabaptisticas, rege cum consiliarijs & vrbe tota cum omnibus capta, inque Episcopi potestatem, abolitis omnibus hæreticis superiorum annorum contra Ecclesiasticos sanctionibus & scitis, redacta: si qui gladium euaserant, eos excepit exilium, quos nec gladius, nec exilium presit, eos ferrum candens consumsit.

Rex ad 22. Ianuarij vsq; in spectaculum vicinis principibus circumuectus, eius diei octaua hora ad tribunal cum Knipperdollingio & pastore olim Gilthusano sistitur: accusatur de rebel-

rebellionem aduersus Deum & magistratum, de erroribus antiquis resuscitatis, de sacramentis proculcatis, de templis euersis, de senatu primum in seniores populi, mox etiam in regem mutato, de ciuibus oppressis, spoliatis, exactis, de alijs foedis flagitijs. Damnatus, à carnificibus ad palum in foro erectum rapitur, includitur numellis, carpitur musculosa carne prius, post etiam gutture discerpto candidibus forcipibus: renidet procul ambustum corpus stridetq; ignitum ferrum sanguine humescens. Vt vero sempiterna huius tragœdiæ esset memoria apud posteros, & non tam aliunde è libris discerent, quam intra mœnia oculis ipsi suis, in dies viderent singulos, quam sit perniciosum auitæ religionis terminos semel transgredi: prudenter admodum est constitutum, vt forcipes supplicij instrumeta terculamentaq; rebellium magistratui, è columnis curiæ; at cadauera regis duumq; consiliariorum ferreis inclusa clathris, ex conspicua per omnes vrbis partes turri D. Lamberti suspenderentur. Hæc iam tametsi tenues in auras prope abierint, adhuc tamen tacitè clamant:

Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos.

Discite nullam in reformatâ (vt aiunt) doctrinâ, esse constantiam: nox vna, dies vnus interpositus cõmutat sæpe nouæglicas opiniones: & quem hic annus habuit Lutheranû, eum se-

quenti Calvinistam, non multo post Anabaptistam, vel Mahometanum, vel Atheum & nullius fidei deprehendas. Experti sunt hæc parentes nostri summo cum dolore, & qui ex ijs supersunt, fenes non absq; lacrymis insanissimas hæc insanias & pudendas leuitates stultitiasq; memorant, negatq; diu stare posse Respub. in quibus impunè maiorū leges conculcantur, rebellatur præstitutis à Deo magistratibus, occupatur exclusis ordinarijs ius in templa, odiosæ feruntur lites inter clerum & sæculares, suscipitur tutela vertumni alicuius Romannici, religioso in habitu monachorū illufiores aratro iugantur: in quas homines irreperre sinantur in publico Catholici, hæretici in occulto: in verbis & lingua angeli, Sathanæ in cõsilijs & corde: simulare & dissimulare edocti, quoad rebus confirmatis incautos auitæ religionis cultores opprimant.

Fruimur iam à capta vrbe annis 73. publico solius religionis Catholicæ exercitio: debemus id secundum Deum primum quidem Episcopis nostris, Ecclesiæque proceribus, per quos redditi sunt ciues vrbi, deletis impijs hæreticis, & ciuibus doctores Ecclesiæque catholici præstituti. Sed post eos proximas sibi vestra vigilantia prudentiaq; vendicat. Ea in omnes intenta partes reipubl. è consulatu velut alta quadam specula circumspicit, notat quid totius VVestphaliæ metropoli sit dignum,

num, quid necessarium ad nomen famamque tuendam apud gentes exteras, quid denique domi forisque sit vtile, & ad populi tranquillitatem conseruandam, & ad eius facultates amplificandas. Hæc consulto consilio in medium cõsulitis, his promouendis diu noctuque omnibus ingenij neruis incumbitis, horum executione, postpositis priuatis propriisque rebus, ante omnia maturatis; idque iam annis aliquot cõtinuato feliciter consulatu ea moderatione agitis, vt quantumuis ampla frequensque sit ciuitas, & miles Belgicus armorum terrore subinde obturbet; ciues tamen persistant quieti vnanimisque, & inter circũfufos hæreticos obliteratis iam pridem, quibus templa defœderat hèresis, maculis, catholicam auitamque religionem plerique profiteantur. Vestra hæc est laus gloriaque non minima, quam acceptam ab antecessoribus & maioribus vestris, hac in re pub. omnibus honorum gradibus perfunctis, singulari vestra prudetia amoreque æquitatis non parum auxistis; & vt porro augeatis ex animo Deum precor venerorque. Huius mei in vos patriamque charissimam animi, testem offero apodixin hanc, quam scripsi de Augustana cõfessione cõtra Apologeticam Disputationem eiusdem istius Calvinistæ, cuius, vt ante dixi, cõtra indulgentias centones malè confarcinatos, & prius magnis catholicorum voluminibus cõfutatos, quæ ab ipso cõfutos, vrbe alias elimi-

PRAEFATIO.

Videbitis vel ex hoc vno tractatu, quam friuolis vanis & mendacibus fundamentis nitatur is cui vt olim Rotmanno Monasterij, ita iam in finitimis locis velut Atlanti cuidam, vt aiunt Calvinisequæ, nititur Calvinismus: qui vt sub mantelum & ad fraternitatem Confess. August. arrepat, nunc ex tēporū distinctiōne elumbe petit effugium, modo confessiōnis mutatæ interpretatiōne violenta se consolatur, alias animos suorum queritur iratos. Et cum multa videatur dicere re ipsa affert nihil. Fateor non erat opus ostendere Calvinistas pro fratribus non agnosci à Confessiōnistis, vt quod luce fit clarius: Sed quo res tota vulgo non satis perspecta plenius perspiceretur, oportuit plurib⁹ agere, idq; , quod ipse alibi fatetur aduersarius sibi contradicens, copiosius explicare. Ait enim in suo Enchiridio 3. parte de Eucharistia & Sacrificio. pa. 55. *Non pauci inter Euangelicos nostros corporalem Christi presentiam in ipso pane & vino, & consequenter oralem eius perceptionem, quæ etiam ab impijs & incredulis verè fiat nimium pertinaciter huc vsq; defendunt, eoq; nomine alios diuersum sentientes exagitant, & pro fratribus agnoscere recusant.* Quo testimonio suâ ipsius causam subuertit. Valete amplissimi Nobilesq; Consules, & quæ cæpistis iacere fundamenta cōcordiæ, patria vobis adgratulante cōsummate. Dat. Monast. An. 1608. 16. Mart.

Ampliss. & Nob. Dom^{um} Varum.

Humillimus cliens Bern. Dörhoff.

EPI METRA

PRO XENIO.

CAluinistæ ad Augustanam se referunt confessionem; vt huius prætextu facilius tolerentur in Imp. Rom. sed in eo solemne suum obtinent, quod est credulo vulgo facere fucû. Quod enim ad doctos attinet, norunt ij duas anno 1530. confessiones Carolo V. Augustæ oblatas, quarum altera Lutheranorum, altera Zvvinglianorum propria: sed hanc non tantùm Catholici omnes cum Imperatore & Electoribus, *Acta Comit. Aug. Decr. Imp. Surius in comment. suo, an. 1530.* sed & Lutherani proscripserunt *Sleidanus in hist. sua eod. anno.* Melanthonis in epistola sua ad Martinum Lutherum, pridie D. Margaretæ, data Augustæ, anno dicto, verba sunt: *Zvvinglius misit huc confessionem impressam typis, diceres simpliciter mente captum. De peccato originali, de vsu Sacramentorum veteres errores renouat, de ceremonijs loquitur planè Helueticè id est Barbarissime, velle se omnes ceremonias esse abolitas, suam causam de cœna vehementer vrget, Episcopos omnes vult deletos.* adeò verò Melanthon & Brentius ab Augustanæ Confessionis mantelo Sacramentarios tū arcuerunt, vt professi sint, *in literis ad Landgr. Hassiæ,* se non posse Zvvinglianos, (à quibus quid dissident Caluiniani?) inter Fratres admittere. Neq; ignorauit idem Calvinus. *Cal. epistola ad Bez. p. 524.* Et quid nobis ait, *Confessio Augustana obtruditur?*

*Confessio
August. re-
ijcit Calu.*

qua omnibus paulò prudentioribus semper displicuit Christianis. Idem Beza, Vermilius, Marloratus Posliaci in colloquio responderunt, cum articulo 10. de præsentia Christi vrgerentur. Zanchius in *Miscell. damnat artic. confess. Aug. 5. 9. 10. 11. 12. aliosq;* Lutherus *Lib. Dasß dise wort noch fest stehen / vñnd inn der kurtzen beandnuß. Tom. 2. VVitt. cum eos intrà & extrà, suprâ & infrâ infessos & obsessos à Cacodæmonibus affererat satis, suam sententiam aperit, quam Discipuli constabiliunt. Nam Ienenses lib. Manifesta ex scrip. demonstratio; & c. anno 1586. faciunt Sacramentarios non Christianos, sed baptizatos Iudæos & Mahometistas. VVittenbergenses lib. de test. Peuc p. 79. Exploratissimum est, aiunt, Calvinum ex instinctu Sathana Scripturas de Sanctissima Trinitate, de Christo & Arrianorum, Iudæorumq; imposturis deprauasse, & ad impium Arrianismum & Mahometismum viam complanasse. Riander lib. Lupus Excoriatus pellem ijsdem ouiculae Christi detraxit. Eorundem mentiendi libidinem & duplicitatem VVilhel. Holder. lib. Candor Calvinian. tectas surreptiones in vrbes & nidos Lutheranorum idē lib. Cuculus Calvinist. altè volātem stupiditatem lib. Asinus auis. Idem VVilhelmus Holderus detexit. Hæc (vt videre est in Bello Euangelij Quinti) Confessionistæ Augustani de Calvinistis.*

Lutherus
Sacramen-
tarijs infe-
stus.

Quo ducat
Caluinif-
mus.

CAPVT I.

*Quis intelligatur nomine
Caluinistæ?*

Qui semel est, inquit ille, scurra, nūquam paterfamilias: & qui semel verecundiæ fines limitesque transiit, eum gnauiter oportet esse impudentem. Videas hoc in aduersario, qui vbi semel impudenter mentiri calumniarique cæpit, idque in ipsa statim præfatione, & proœmio alias confutatis, mox centones tres integros (disputationes apologeticas inscribit) ex putidis, sesquipedalibusque mendacijs confarcinatos subtexit. His deinde affluit quartam rhapsodiam ex contritis Sacramentariorum, Augustanam Confessionem ad se per vim & impudentiam rapientium, veteramenti interpolatam; Idque omnibus ingenij neruis contendit, vt hac se confessione, non aliter atque auritus ille apud Aesopum, exuuijs leonis, conuestiat. Si cui tamen minus fucus hic ementitaque larua satisfaciatur, adest ad manus fumus fuligoque, quo mendacij sui turpitudinem occulat, & alio videntium oculos mentemque diuertat. Negat se pendere ab vllis confessionibus humanis, siue ex Bezanæ, siue Xanchianæ, siue Augustanæ vo-

*Prædicand
nō vult pē
dere ab vll
la confes
sione: nec
Marcol
phus ab vll
la arbore.*

Præ-

Prædicans Christi doctrinam habet crede, quia *αὐτὸς* *ἔπα.* Præoccupat doctrinam suam in verbo Dei probè fundatam, hanc Christi & Apostolorum doctrinam esse. Credas necesse est ita dicenti, imo vero etiam idem validissimè cōprobanti. Quo argumento? nullo. Quo teste? nemine. Qua autoritate? prædicantica. Nimirū oraculum est, nō è dodonæa sed VVestphalica quercu, non è tripode Delphica, sed cathedra lithina profectum. Prædicans ait doctrinam suam esse Christi; & quisquam alius illud negare ausit? Prædicanti eius rei testis est conscientia Calvinistica; & vllus contra excipiat? Tonante Ioue silent ranæ, fileant vniuersi per Saxoniam aduersarij Calvinistarum, dum fulgurat, fulminat, tonat hic Iuppiter noster Calvinianus. Sed benè est quod fulmina quidem illa sunt, at bruta: Quod fulgura flammæq; appareant, sed fatuæ: quod tonitrua videantur, sed Claudiana, Salmoneæve. Non percellimur terricrepis mendaciorum calumniarumq; Calvinisticarum bombis. Quam quisque nouit artem in hac se exerceat, ait ille. mentiendi, conuitiandi, maledicendi artem addidicerunt Calvinoprædicantes, volunt in ea stylum etiam suum excolere. Sed nos principio hoc agamus, vt quid Calvinistæ nomine sit accipiendum intelligamus. Neque enim de verbis magnopere rixabimur, vbi modo constiterit genij ingenijq; Calvinistici descriptio; qua aliam non affe-

NON ESSE AVGVST. CONFESS.

afferimus facilè copiosioremeâ, quæ à quodam principe Imperij apud Selneccerum in Examine, memorię est prodita. *Sacramentarius est homo nec credens, nec confidens Deo, & verbo eius: inflatus opinione sanctitatis, sapientia, & eruditionis peculiaris & eximia: contemnens & calumnians omnes non euntes in sententiam suam: eripiens Christo homini maiestatem diuinam, & eum equans, vel gradibus certis præferens angelis & beatis hominibus: negans omnipotentiam & veritatem Christi, & subinde patefaciens aditum ad Nestorianismum, Arianismum, Mahometismum, & Ethnicismum: decipiens magistratum & alios, ac pessundans se & suos in exitium corporis, vitæ, & animæ: replens regna, principatus, & ciuitates simultatibus, seditiõibus, odijs, bellis, lamienis: Salutare concordiam vbiq; destruens: clam & insidiosè agens plerq;: fucum faciens simplicioribus, negans se esse qui est; affirmans se non esse qui est: mutans sententiam ad auram: innitens brachio mundano & carni mundi, nõ carni Christi, & obseruans occasiones elabendi & rursus emergendi. Non abeunt ab his longè cæteri Lutherani è quibus Schluffelburgius in præfatione eos vult esse Calvinisequas & Sacramentarios, qui verum & naturale Christi corpus, & sanguinem in Eucharistia realiter substantialiterq; adesse non credunt, qui illud extra cælos post ascensionem Christi ad diem vsq; iudicij reperiri, nusquam contendunt, qui ore id summi à quopiam, nedum ab indignis & impijs*

Copiosa reformatorū à Caluino descriptio.

Notz Calvinistarū.
1. Negare præsentiam Christi in Sacramēto Eucharistiæ.

2.
3.
4.

abnu-

abnuunt, qui priuatam confessionem, qui infirmorum necessariam in suis edibus communionem, qui Sacramentorum in conferenda gratia efficaciam eneruant & repudiant. Iam vero quid horum non facit meus prædicans? num non damnat (3. parte sui Enchiridij ex tom.3. Bellarm.) Christi præsentiam in cæna, oralem eius perceptionem, & quæ fiat ab impijs manducationem? An non in prima parte ex eodem tomo 3. Sacramenta vult nõ continere, aut verè conferre gratiam, sed eam significare & obsignare? An absolutionem priuatam ibidem 3. & 4. parte non inter errores pontificios recenset? Erit igitur Sacramentarius & quidem (*fremat licet frendeatque*) Calvinista, vt qui Caluini in enarrandis Scripturis opiniones, & in articulis fidei definiendis iudicationes sententiasque admiretur, laudet, amplectatur, idque adeo pertinaciter, vt in omnibus etiam blasphemijs (in Credo Calvinisequarum positis) magis sibi defendendum sumat Caluinum, quam Paracelsum apud Medicos Paracelsistæ, Auerroem apud Philosophos Auerroistæ, D. Thomam inter Theologos Thomistæ. Impudentia est in Caluini doctrina & pro Concione & in libris editis propugnanda immori, & nihilominus coram toto mundo inficiari se Calvinisequam. Quod si etiam graue non esset vellem mihi responderet

præ-

Vorstius
Caluinista
& Sacramentarius.

prædicans, si (quod ornatu omni expilata, deformataque templa, quod abrogatus per ipsum ipsiusque symmysas Lutheranismus, quod vicini omnes, vno ore coclamant) si Calvinum, inquam, non sequitur, cuius in explicandis cænæ verbis, alijsque Scripturæ locis hoc tempore controuersis, insistat vestigijs. Res scitu digna est pernecessariaque propter eum, qui quandoque in locum eius succedet, prædicantem. Eum nefas est ab antecessore dissidere sententijs, auditoresque ad errorum scopulos impellere. Nunquam vero id faciet, nisi in eadem cum præcessore vitula aret, atque ex eodem cum ipso hauriat fonte exegetes bibliorum. Si igitur Caluini placita non sectatur, quem vnum in enarandis scripturis (de hoc quæstio est) alium amplectitur? qui genus? vnde domo? quod nomen? quæ eius opera? Quid in ijs probum? quid reijculum? Sed nil pluribus opus in re manifestaria.

CAPVT

Quæ sit vera Augustana confessio?

**Confessio
oblata An-
no 30.**

Refutata.

**Condem-
nata.**

AD solidam totius huius disputationis intelligentiam principio describenda est vera Augustana confessio: hanc vero non aliam intelligimus, quam illam fidei formulam, quæ Carolo V. alijsq; imperij Principibus Anno 1530. die 25. Iunij per Ioannem Saxonix Principem, & Philippum Lantgrauium Hafsix, aliosq; pauculos Augustæ vindelicorum est oblata, ibidem amica inter partes disceptatione, primum à septenis, deinde à ternis, si ad concordiam redigi posset, examinata. deniq; etiam è sacris scripturis & Evangelio, à Theologis & diuersarum nationum viris doctis fundametaliter (vt decretum Imperij Tom. 1. recessuum Imperij Moguntix impressorum conscriptum loquitur) confutata, grauissimoq; ad extremum Imperij decreto 19. Nouembris condemnata (Chytræus in historia August. Confess.) Subscripserunt appensis sigillis illi decreto Electores quinque, Principes Ecclesiastici 30. sæculares 23. Abbates 22. Barones 32. Ciuitates liberae 39. Ita Cochlæus, qui Comitij interfuit, in actis Lutheri ad annum 31. Surius in Commentario orbis eodem anno. Grauis utiq; sententia, & qua vix alia pluribus grauioribusq; suffragijs
in sce-

in sceleratum hominem & incendiarium ferri potuit, vt merito Melanthon lib. I. Epist. ad Oberenbergerum dicat, non libere sibi meminisse Comitiorum August. in quibus grauisimo iudicio Euāgelici sint damnati. Huic tamen vulneri qualem cunque fecit medicinam Lutherus edito libello, Glossa in putatum decretum Imperiale. Eo enim ipso non esse, sed videri voluit ab Imperio profectum, omnemque ei auctoritatem & pondus in vulgi animis ademit. Hanc confessionem primus delineauit 17. articulis. Lutherus apud Chytræum fol. 21. in historia confessionis August. expoliuit Coburgæ Philippus (de quo ipse met in Epistola ad Luth. 5. Maij Anno 1530.) absoluit & perfecit Augustæ Vindelicorum idem Philippus (cuius meminit in Epist. ad Luth. 22. Maij) vt luculentum esse mendacium oporteat, quod §. 9. Calvinopredicans ait, Augustanam confessionem à multis Theologis simul adornatam fuisse Augustæ.

Causæ efficientes August. Confess.

Mendacium prædicatis,

CAPVT III.

Quibus in Imperio missa sit August. Confessio.

AT dicet quispiam, si comitijs publicis Confessio dicto iam modo est damnata, qua ratione in vrbibus prouincijsq; Imperij non paucis, nihilominus est impune tolerata,

C

rata,

rata, propugnataque? Fecit id primum armatus Protestantium conuentus Passauij Anno 1552. nec multo post pax religionis Augustæ erecta Anno 1555. Eo enim tempore liberum confessionis Augustanæ exercitium est extortum pro ijs, qui tum in fœdere Catholicos inter & Lutheranos inito fuere cõprehensi, idq; dum generali aliquo Concilio religionis cõtrouersie cõponerentur. Rem obscurè breuiterq; positã singulatim explicemus. Dixi, exercitiũ Cõfessionis extortũ, ne quis existimet ipsam Cõfessionem eiusve doctrinam approbatam, vt veram; id enim nec factũ est, nec vt fieret postulatu, nec, si postulatum fuisset, ab Imperatore hominibusq; Theologiæ ignaris, inq; armis magis versatis, quam in sacris litteris, præstari potuisset. Erant Protestantes damnati decretis aliquot imperij ad restituendas Ecclesias, Collegia & Monasteria per vim occupata, deuietlque iam Anno 1547. & captis à Carolo V. Ioanne Friderico Saxonie Principe, & Philippo Hassiæ regulo Protestantium Ducibus & columnis, cæteri præter Lutherane fidei euerfionem per Interim (formula fidei fuit Car. V. autoritate Anno 1548. concepta, vt per Germaniam seruaretur, interim dum Concilium Tridentinum absolueretur) nil nisi continuas lites Spiræ in Camera & bella deinceps à Catholicis repetentibus res suas, fidemque auitam vrgentibus

Confessio-
nis Augu-
stanae do-
ctrina aun-
quam pro-
bata ab Im-
peratorib.

bus expectabant. Huic malo vt mederentur, inque possessione quieta, & religionis nouæ & spoliatorum opimorum ex Ecclesijs relinquere-
rentur, religionis pacem politicam violento Marte expresserunt. Indicant id verba hæc in decreti initio Anno 1555. Augustæ facti:
ita hunc tractandum articulum, vt vtriusque religionis (Romanæ & Lutheranæ) partes scire queant, qua erga se inuicem sint voluntate, quid alterutri ab altero expectandum. Indicat idem tota pacis formula eiusque inscriptio der Religionfried/
id est pax religionis. Idem acta Comitiorum historiarque attestantur, Surius in Commen. ad annum 1552.

Dixi extortum. Neque enim alia ratione ab **Confessio-**
inermi Cæsare, & nequaquam tum bellum **nis exerci-**
expectante pax hæc politica & exterior, (qualis **tium armis**
etiam esse potest cum Turcis) impetrata est, **extortum,**
quæ instructo exercitu Mauritij Saxonis post **Anno 1552.**
subactum Cæsari Magdeburgum per superiorem
Germaniam grassantis, & tantum non com-
prehendentis fugientem Oenoponto Cæsarem:
quam flammis Alberti Brandenburgici ad
Moenum, Rhenum, Mosellam obuia omnia
Catholicorum templa arcesque concremantis:
quæ denique Gallie Regis, Viridunum, Tullum,
Metas, facta cum dictis Principibus conspira-
tione inuadentis, reliquisque in Alfatia & ad
Rhenum urbibus imminentis. Hæc non
difficiliter effecerunt, vt Imperator à Fer-
C 2 dinan-

APODIXIS, CALVINISTAS

dinando fratre transactionem pacis Passauij Anno 1552. fieri absens dolensq; permetteret, quam copijs militaribus circumseptus nō audisset.

Caluinistæ exclusi à religionis pace. Dixi, pro ijs qui fœdere sunt comprehensi. Errant namq; qui ad omnes omnino hæreticos pacem hanc extendunt. Non ea comprehenduntur Anabaptistæ, aut Caluinistæ; vt quos non Camera modo Imperij non admittat in Assesores, si se apertè initio profiteantur eiusmodi, sed de quibus etiam verbatim in pace Religionis sit scriptum: *Omnes ve-*

Caluinistæ pares Anabaptistis in Imperio. *ro alij non alterutri ex duabus memoratis religionib, (Catholica vel Lutherana) adhaerentes, in hac pace nō comprehensi, sed prorsus ab ea exclusi esse debent. quomodo apud Sleidanum Ann. 1534. etiam reiiciuntur à fœdere inter Haslum & Ferdinandum Regem: quo cū cautum esset, necui ptestati religionis causa vis vlla fieret, vel lis vlla forensis moueretur; in quibus tamen (inquit) Protestantibus nec Anabaptistæ, nec Sacramentarij, nec id genus aliæ sectæ sunt comprehensi.*

Episcoporum subditi exclusi. Non in ea includuntur Catholicorū Principum subditi, vt quos non minus suis se conformare in religione Episcopis & Superioribus fas sit, quam Dominis hæreticis hæreticos. Ita status communes Imperij 6. Septembris Ann. 1555. in respons. secunda censuerunt. Hinc in eadem pacis formula, ijs qui Principum suorum se fidei accommodare nolunt,

bono-

bonorum fitorum concessa est distractio, mi-
 gratioq; ad alias terras. Non etiam Principes
 omnes Lutherani in ea fuerunt comprehensi,
 quando quidem Albertus Brandeburgicus se-
 clusus & ipse fuit, & eius hæredes à Spirēsi Ca-
 mera condemnati (quod fieri confœderato
 nequisset) ad resarcienda & restituenda Ec-
 clesiasticis Principibus ablata. Denique non
 ij, qui post transactionem illam reiecta suo-
 rum Maiorum fide in Abbacias templaque &
 Ecclesiast. bona inuolârūt. Illis enim solis hæc
 pax religionis cavit, vt nec in iudicio nec ex-
 tra illud conueniri possint, qui Lutheranis
 mo suscepto inuaserant Ecclesiastica bona an-
 te tempora transactionis Passauiensis, vsq; ad
 annum 55. ab eo vero tempore, status Augusta-
 næ Confessioni addicti *promisere* §. E contra
 Ecclesiasticos vbilibet residentes in sua religione, si-
 de, ritibus Ecclesiasticis, ordinationibus, caremonijs,
 possessionibus, bonis mobilib. & immobilibus, prouincijs,
 subditis, dominijs, superioritatibus, dignitatibus, percep-
 tione reddituum, censuum, decimarū, imperturbatos se
 relicturos, adeoq; vt suis rebus vti frui possint, fide-
 liter adiuturos, redditurosq; insuper Abbacias, Collē-
 gia, & Ecclesiastica bona omnia immediatè Impera-
 tori subiecta siue ante siue post Passauiensia pacta sint
 adempta. §. Quia vero. Imò etiam curaturos in libe-
 ris imperialibusq; ciuitatibus, vbi vtraq; vsitata fuit
 religio, vt Catholici æquè ac Lutherani in tranquilli-
 tate commorentur. §. Postquam vero. Atq; hæc ita
 Exclusi qui post annū 55. Catho-
 licorum templa in-
 uase. unt.
 Catholicis
 liberum ex-
 ercitiū re-
 linquendū
 in vrbibus
 Imperiali-
 bus.

Hæreticus
fructus a-
mittit &
beneficiū.
Hermānus
Archiepif-
copus Co-
lon. depo-
situs pro-
pter Luthe-
ranismū,
atē Truxe-
fius.

*sunt decreta, vt si quis Archiepiscopus, Episcopus, Præla-
tus, aut alius quispiam Ecclesiastici ordinis ab antiqua-
religione velit discedere, statim sine vlla recusatione
& mora Archiepiscopatū, Episcopatum, Prælaturam,
aliq̄q̄ beneficia cum omnibus prouentibus resignet &
relinquat ijs, quibus id iure communi aut de consuetu-
dine Ecclesiarum debetur. §. si Archiepiscopus.*

Dixi, dum Generali Concilio compone-
rentur Controuersix. Nam & hoc semel ite-
rumq̄; citata formula insinuat (§. Et quoniam)
vbi dicitur *hanc pacem vsq̄ ad piam amicamē in-
tegram cōtrouersiarum religionis compositionem per-
petuo firmiter inuiolateq̄, seruare decreuimus.* Ten-
tata est hæc cōpōsitio in Cōcilio Tridentino,
sed irrito conatu, eò quod Protestantes simul
accusatores & testes, & iudices Romanæ Ec-
clesiæ esse non permetterentur, nec nouas & à
se excogitatas Scripturæ explicationes, San-
ctorum antiquorū Patrum sententijs præferre
fineretur. Caue autē vt propter hanc permis-
sionem cū idiotis ita ratiocineris: Confessio
Augustana est permixta in Imperio, ergo bona
est. Neq; enim permissio rem permissam effi-
cit bonam & sanctam. Permissa est intra Ger-
maniam Hussitarum hæresis, permissus est per
Imperiū Iudaismus in synagogis Iudeorum,
permissa vsura, lupanariaque, permittuntur à
Deo omnia peccata per vniuersum orbē: non
tamen propter hoc iam dicta sunt sancta. Vt
maius euites malū, tolerandū sæpe est minus.

Permissio
non efficit
rē permis-
sam bonā.

CAPVT IIII.

*Caluinistas reiectos semper viuo Luthero à
Confess. August. & fraternitate
Lutheranorum.*

Incumbit in hoc Calvinoprædicans §. I. vt
perplexa dictione sua persuadeat incauto
Lectori, se suosq; Calvinistas fratres esse Con-
fess. Augustanæ: quod tametsi confutatione
nō egeat, propter ipsius mendacij crassitiem,
æquæ à Catholicis, ac Lutheranis iampridem
detectam: vt tamen impudentiam hominis om-
nes intelligant, non nihil hanc rem, hoc et-
tam loco expendemus, sumpto exordio ab an-
no 1529. quo Colloquium Marpurgi Lantgra-
uio Hassiæ procurante inter Lutheranos Sa-
cramentariosq; antesignanis vtriusque sectæ,
Luthero & Zvinglio præsentibus, est habi-
tum. In eo postquam irrito conatu diu fuisset
altercatum, Zvinglius non absq; lacrymis, Lutherus
vt à Luthero inter Euangelicos fratres reci-
peretur, nihil obstante fidei dissensione, ob-
secrauit. Sed surdo fabulam: nō audiit Helue-
tium Sacramentarium Saxo Lutherus, per ne-
gans sibi cum obstinatis Zvinglianis, vllum
fraternæ concordiæ & amoris esse posse vin-
culum. Ita Melanthon, qui interfuit, in To-
mis Lutheri. Chytræus ad finem historiæ Au-
gust. Successerunt huicanno Comitia Augu-
stana Anno 30. quo tempore iterum Hællus

Zvinglius
flens reijci-
tur cū suis
à fraterni-
tate Luthere-
ri An. 29.

Lutherus
To. 2. Col-
loq. fol. 45

Melanthon
& Brentius
reijciunt
Zvvingliū
à fraterni-
tate An. 30.

egit, vt à Melanthon & Brentio Sacramenta-
rij admitterentur ad fraternitatem Luthera-
nam, sed idē fuit euentus, qui ante anno pro-
ximo fuerat. Nō alios huius rei damus testes,
quam ipfas litteras Philippi & Brentij, qua-
rum exordium est: *Illustrissime Princeps, Domine
Clementissime, scriptum de ineunda cum Zvvinglia-
nis fraternitate nobis redditum studiosè diligenter q̄,
legimus, & C.V. humillimè oramus, vt nostrum respon-
sum clementer accipiat. Possemus enim Deum vocare
in testem, nos nullius hominis amore aut odio in hoc
negotio duci. Nam disensionem hanc incidisse ex ani-
mo dolemus. & post aliquot. Initio autem quod ad
fraternitatem attinet, fortassis Christiani, qui aliquo
errore impliciti sunt, nec tamen pertinaciter errorem
defendunt, vt fratres tolerari possunt, vt & ipse Ser-
uator Christus discipulos suos tolerabat. At qui do-
ctrinam falsam non modo introducunt in Ecclesiam,
sed etiam defendant (vt Calvinus, Vorstius, Sa-
cramentarij) pro fratribus agnoscendi non sunt. nul-
lo enim modo falsæ doctrinæ assentiendum est. Quare
quæ in eo scripto, &c. Hæc illi, ad quæ cum per
litteras respondisset Landtgravius, aliam ite-
rum ei epistolam argumento similem prio-
ri miserunt, in qua hæc leguntur. *Quantum vero
ad fraternitatem attinet C.V. simplicem sententiam
nostram legit, quod in eam consentire non possumus,
propterea quod talis fraternitas sine scādalo iniri non
possit.* Desijt post hæc Lantgravius vrgere ami-
citiā Zvvinglianorum cum Lutheranis. At*

non

non desistit eam ambire Bucerus, quem §. 3.
 prædicans putat etiam illam postmodum cõ-
 ciliasse, idq; probat; ex quo? Sleidano li. 7. pro Sleidani
 quanto quamq; fideli teste & historico? ille e- laus.
 nim est, cuius historia de rebus à se gestis, &
 proinde notissimis, audita Carolus V. *mentitar*
nebulo, mentitur nebulo exclamavit; cuius men-
 dacia ex litteris & actis publicis egregio cui-
 dam viro traditis idem Imperator detegi vo-
 luit; ille quem Iulius Pflugius vir longè ver-
 fatissimus in rebus Imperij audiens ad men-
 sam legi, mendacem vocare consuevit; quem
 Surius (vide solum Indicem verbo Sleidanus) Surius in
 multiplicium pseudologiarum reum egit; il- comment.
 le quem hac ipsa in materia de Bucero Luthe-
 rus Evangelicotatus falsitatis redarguit in E-
 pistola ad Melanthonem, cuius initium: *Vti-*
nam vos breui. In qua respondens Philippo
 scribenti Bucero velle accedere ad Lutheri
 sententiam: *Bucero (ait) nihil respondeo. Nosti ὅτι* Lutherus
 ἐγὼ μισῶ τὰς κερβήκας καὶ πανουργίας αὐτῶν ὅτι ἀ- reicit Bu-
 γείσκεισσι αὐτοῖς. Sic non docuerunt sacramentary ha- cerum si-
 åtenus. Nec tamẽ cognoscere & pœnitere volunt: quin mulantem
 pergunt asserere (arrige aures prædicans, idem e- quidlibet.
 nim tui asserunt) non fuisse inter nos dissensionem,
 scilicet vt nos consueamur eos rectè docuisse, nos ve-
 ro falsò pugnasse vel potius insanisse. Sic diabolus (per
 Calvinoprædicantes) vndiq; nostræ confessioni
 insidiatur, quando vi nihil potest veritate superatus.
 Extat Epistola apud Chytræum in historia

August. fol. 289. & in actis cum Zvinglianis fol. 679. Quod idem eius iudicium fuit, in Buch daß diese wort Christi (das ist mein Leib) noch fest stehen/vbi ait, Sie gehen mit Bubenstücken vmb/ Bucer ist sonderlich ein Buh/ dadurch der Teuffel seinen Dreck auff Luthers Postill schmieret. Id est, Calvinista nequiter agunt, imprimis vero Bucerus nebulo est, per quem Diabolus suis excrementis Lutheri Postillam conspurcat. Non diuersum sentit in Colloquio Tom. 2. fol. 36. Bucerus inquires & litteris, & sua presentia, Cobergæ humiliter se exhibuit. Ego autem eum ter repudiabam dicens: Martine estne seruares? melius est, te nos habere inimicos, quam vitæ societatem contrahere. Vide quid nebulo incipit. pergit dein narrare, vt Missam Argentinæ restituerit, sed omiserit, Hoc est corpus meum, concludensq; subdit: Zvinglius tanquam latro mortuus est An. 1531. quia voluit alios adigere ad suum errorem, & propter hanc causam in bellum profectus & interfectus est. Respondet ad hæc aliaq; in thesi prædicans §. 3. Esto ita, prout hic narratur, fuerintq; duæ confessiones Protestantium, in quibus alteri alteros reprobarent Augustæ. At non diu post consecuta est cõsensus in conuentu Smalcaldico, vbi Argentinenses & Vlmeneses sunt in fœdus recepti. O bellâ cõsensionem! occubuerant duæ Sacramentariorû faces eo año, Zvinglius in bello, Oecolampadius repertus manè mortuus in lecto, multiq; Zvingliani horrentes exitû suorum

Imo 3. fuerunt, Augustana à Philippo, Suceuica à Bucerò, Heluetica à Zvinglio cõscripta. De hac Philippo. in thesi citatus, de alijs decretum Imperij.

Apostolorum fiebant Lutherani. Cum his Bucerus ad tempus personam induit Lutheranam, Confessionemque Suevicam à quatuor ciuitatibus exhibitam Augustam, reiectamque à Lutheranis, ita interpretatus est homo versatilis, ut nihil discreparet ab Augustana; quin & concionatoribus Tigurinis scripsit, Lutheri sententiam de Sacramento sibi tolerabilem videri. Sed ut frustra iecit rete ante oculos pennatorum in Heluetia, abnuentium inuolucris verborum, ænigmatumque palliare dissensionem à Lutero, ita facile Argentinenses inclinavit in Lutheranismum, quem etiamnum profitetur. Hoc cunctis vero est Zvinglianos fratres Lutheranis adiunctos, & non potius ex Zvinglianis factos Lutheranos? Colligas id ex verbis Saxonie Principis, apud Sleidanum lib. 8. De Heluetijs (scribit) in fœdus recipiendis, quod cupiebant ciuitates Saxo per legatos respondet, quoniam de cœna Domini diuersum sequantur dogma (illud ergo ciuitates reliquerant) non sibi licere societatem cum illis ullam coire. Quod si Zvingliani faterentur errorem atque desisterent, comprehendi etiam in hac pace, sin minus tunc deserendos, neque fœdus ullum cum iis faciendum. Vnde quod ex Sleidani sequentibus verbis predicans attexit, Zvinglianos copiosius dogma suum de cœna explicasse, & à Saxonibus receptos, purum, putum mendacium est, si de Heluetijs Zvinglianis (quorum confessio in thesi à Philippo perstricta est) intelligat; verum autem

Zvingliani
ni sunt Lutheranis
relieto Zvinglianismo.

Saxo reijcit
Zvinglianos à fraternitate.

Chytræus
in Hist.
Aug. f. 678

si de

si de Sueuicis accipiatur ciuitatibus, quæ Buceranam confessionem obtulerunt in Comitibus. Eæ enim priori hæresi relicta Lutherizantes, Buceri versutijs, vnâ cum sua confessione, & cœna Luthericè explicata, in fœdus peruenerunt. Dehinc profilit aduersarius ad annum trigessimũ sextum, fœderaq; VVittenbergica memorat inter Lutherum & Sacramentarios. Sed poterat simulata illa confessione se suosq; periurij & impietatis accusare. Ibi enim Bucerus, Capito, Frechtus, Lyctenes, Musculus alijque huius farinae Calvinistæ subscripserunt huic doctrinæ, Primo, cum pane & vino verè & essentialiter præsens adesse, exhiberi & sumi corpus & sanguinem Christi. Secundo, impijs & indignis verè exhiberi corpus & sanguinem Christi. At vbi domum ad suos redierant, pleriq; contraria his dogmata spargere (vt prius fecerant) perrexerunt. Adde, in fine illius formulæ Concordiæ VVittenbergensis, Calvinianos dicere, nondum concludere hanc concordiam possumus, priusquam ad cæteros etiam retulerimus. at relatio displicuit Heluetijs. Non latuerunt stratagemata hæc Calvinistica Lutherum, de quo Tom. 2. Colloquiorum in hæc verba scribitur sub titulo, de Sacramentorum negotio fucato, fol. 42. Anno 1536. 26. Augusti, Luthero afferebantur Buceri litteræ, quibus à Luthero petebat, vt ad Heluetios

Simulant
Caluinistæ
cōcordiam
cum Luthero
An. 36.

Chytræus
loco cit.
fol. 680.
Periuri Caluinistæ.

Luth. An.
36. videt si-
mulatio-
nes Calui-
nistarum.

tios scriberet formam suę concordię, respon-
 det Martinus Lutherus: *Nescio quid scribam, Sa-* Lutherus
cramentarij tantum querunt nostras litteras, suosq; benè intel-
errores confiteri nolunt, proferentes hanc propositio- lexit Sacra-
nem, quod neutra pars alteram intellexerit: hoc ego mentarios.
nolo, nec culpa in me transferri debet. Ah bone Deus,
opinio illorum nimis benè intellecta est; cur ergo tam
acriter contra illos scripsi, si non intellexi? Si ipsi sua
confiterentur errata, ego meam vehementiam & a-
cerbitatem contra illos confiterer. Sed hanc propositio-
tionem, quod neuter alterum intellexerit, ego nec vo-
lo, nec pati possum. Nemo quoq; post mortem meam
mihî hoc ascribere debet; semper odiui tales medit-
ationes. His alijsq; multis per tres quatuorve Lutherus
pagellas disputatis contra Sacramentarios, mendacij
nonne tibi videtur lector, quasi ex professo, redarguit
ineptijs fucisq; huius prædicantis responde- prædican-
re? Ingenuè hoc idem nonnulli Calviniani at- tem de an.
testati sunt, si quidem Lauatherus in historia 36.
ait: Martinus Bucerus in pacando dissidio inter Lu- Calvinistæ
theranos & Zvvinglianos multum quidem opera & idē faciunt
laboris insumperat, sed infelix fuit successus. Quod
autem ad Lutheri sententiam propiùs accedere visus
est, non aliam ob causam factum putatur, quam quod
dissensio de cena Domini obstiterat, quo minus Ar-
gentoratum & Suevię vrbes in fœdus Smalcaldicum
reciperentur. Consentit illi Beumlerus in ana-
lysi disp. Iacobi Andreae Anno 1584. Tiguri
in 8. edita scribens: hæc controuersia inter Luthe-
rum & Zvvinglium agitari cœperunt, nec vnquam,
quam-

APODIXIS, CALVINISTAS

quamuis multi & magni nominis viri id vnicè agerent, componere potuerunt. Quid Schluffelburgium memorem lib. 2. artic. 14. Theologiæ Calvinisticæ referentem, Lutherum cum suis Anno 1537. Smalcaldiam conuenisse, vt detegeret Sacramentariorum præstigias circa confessionem Augustanam? sit vnum hoc instar multorum, quod ipse Lutherus in parua confessione paulo ante mortem, quasi testamento ad hæredes suos transmisit: Ego, ait, tanquam alterum iam pedem in sepulchro habens hoc testimonium & hanc gloriam mecum ad tribunal Domini adferam, quod hostes Sacramenti Carolstadium, Zvinglium, Oecolampadium, eorumq; discipulos (Caluinum, Vorstium, &c.) toto peccatore damnauerim ac vitærim, nec habeo cum quouam eorum amicitiam, neque litteris, neque scriptis, neque verbis. Viden' vt Lutherus de fraternitate Calvinistica etiam moriturus sentiat? vt loquatur de societate cum Sacramentarijs inita? Si posset, erubesceret ad sua Sleidaniq; mendacia Prædicans, vbi videt ipsos etiam contradicere cum alij scriptoribus Sacramentarios.

Lutheri
motientis
de fraterni-
tate Cal-
uinistica
testamen-
tum.

CAPVT

CAPVT V.

Caluinistas exclusos à fraternitate & Confess. Augustana per posteros Lutheri.

IN latino exemplari non occurrunt Prædicanti meo alia præter iam dicta tempora, occurrit in Germanico subinde aucto, mutilato, mutatoque, vt speciem veri acquireret, annus 1552. & 1555. Verum cap. 3. iam ostensum est, nihil ad Sacramentarios facere transactionem Passauiensem, pacemq; religionis constitutam inter Lutheranos & Catholicos. Omitto iam, quod eodem illo anno 52. Ioachimus VVestphalus Hâburgen. Ecclesiæ Pastor Lutheranis suis classicum cecinerit cōtra Caluinistas, eosq; submouerit ab euentura fraternitate quàm lōgissimè, edito libello cum inscriptione: Farrago cōfuseanarum, & inter se diffidentium opinionum, de Cœna Domini, ex sacramentariorum libris cōgesta. Respondit quidem ei anno sequenti Calvinus, sed ita, vt nemo nō videret Cadmæam inter eos fraternitatem existere, quæ succedentibus annis crudelior euasit. Ita enim Ietzlerus hæreticus libro de diuturnitate belli Eucharistici. *Bella multa, multis de articulis gesta sunt, inquit, inde ab initio repurgata per Germaniã Ecclesia ad hæc tēpora, & sane non à Gregarijs & leuis armatura militibus, sed*

Exclusos
Caluini-
stas Anno
52. & 55.

VVestphalus in Caluinum insurgit.

Luculentū *sed ab antesignanis & ducibus viring, præstantissimis.*
 Calumniosè *Vtq; fidem dictis faciat, pag. 25. subiicit. Pri-*
 testimoniū *imum bellum gestum fuit à Luthero & Carolstadio,*
 contra im- *Anno 25. (adde & à Zvvinglio, vsq; ad 29. quo*
 pudentiam *Marpurgi cōtentiosè disceptatum est, de quo*
 prædicatis. *supra cap. 4.) Secundum à Luthero & Tigurinis An-*
no 44. (vbi iam es concordia VVittenbergica
prædicanti decantata?) Tertium à VVestphalo &
Caluino Anno 53. (Adhucne somnias prædicans
Passlauensem fraternitatem?) Quartum ab Hes-
husio & Clebitio Anno 54. Quintum à Brentio & Bul-
lingero Anno 61. & aliquot sequentibus. Sextum, (li-
bet enim cōtinuare seriem inceptam) à Theo-
 Beza & Smi *logis VVittenbergicis & Heidelbergensibus*
 delinus de- *post Colloquium Mulbrunnense Anno 64.*
 dignantur *Septimum, à Cyclope & Creophago, Beza ac*
 sibi valedi- *Smidolino agitatum, maximè post Colloqui-*
 cere, ô fra- *um Mompelgartense, Anno 86. tanta acerbi-*
 ternitatem *tate animorum habitum, vt non fraterna mo-*
do pax non sit composita, sed & salutatio mu-
tua in discessu non fuerit impetrata. Vah con-
cordiam protestanticam! per quam quod
Ethnici suis non negant hostibus, id inuicem
Euangelici fratres non concedunt suis fratri-
bus. Tinniunt ad hæc aures meo prædicanti,
& in se ingressus § 14. ait, nos hæc dissidia nostra
 Prædicans *iustas peccatorum nostrorum pœnas esse agnoscimus,*
 tandem ag- *& in plerisq; istorū authoribus ac promotoribus, certa*
 noscit suo- *quedam ambitionis & auaritiæ, aut saltem iracun-*
 rum discor- *diæ, ac impotentiæ signa cum dolore obseruamus. En*
 diam. *vim*

vim veritatis. Tandem aliquando ambitiosus
 Calvinus efficitur prædicanti, impotens fit ei
 Beza, iracundus ipse suo iudicio est cum om-
 nibus Calvinistis, qui polemica cōscribillant
 volumina. Num non hoc est Geneuensi male-
 dicere Pontifici, totiq; synagoge Calviniano-
 rum? Sed instat priuatas illas esse rixas; planè
 omnia priuata apud hēreticos sunt, inter quos
 quot homines, tot sententiæ pugnantes repe-
 riuntur. Quamquam quo modo priuata illa
 iudicia dicere possumus, quæ sunt integrarum
 Academiarum? agnoscit prædicans §. 10. à Ie-
 nensibus Sacramentarios pro baptizatis Tur-
 cis edito libello proclamatos; fatetur ibidem
 VVittenbergenfes testari à Caluino compla-
 natam viam ad Turcismum. Idem de Rosto-
 chiensi, Tubingēsi, Liphensi Vniuersitatibus
 non diffiteretur si eas ad hanc rem testes ad-
 hibuissemus. Audit iam, quot-nundinis, præ-
 la Giesensium gementia, opprobrantia que
 Marpurgensibus Calvinistis suam impieta-
 tem. Etiamne hæ omnes censuræ priuatae exi-
 stunt? etiam hæ sunt vnus alicuius irati & ir-
 titati, cui veteres, quos somniat Lutheranos,
 multo mitiores opponet? Fortassis expectat
 Calvinianę fraternitatis erga Lutheranos fru-
 ctus & argumēta, sibiq; renouari memoriam
 desiderat fraterni illius amoris, quo Caluini-
 stæ è toto Palatinatu misellos Lutheranos,
 qui eum Anno 1546. inuaserant, ita extermin-
 arunt,

Calvinistę
 ambitiosi
 auari, ira-
 cundi meo.
 Prædicanti

Academię
 Lutherang
 damnant
 fraternita-
 tem Calui-
 nisticam.

Miri fru-
 ctus frater-
 ni amoris
 Calvinista-
 rum in Lu-
 theranos.

Caluinistę
acuunt gla
rios in sa
xonicos
Luthera
nos incar
ceratos.

narunt, vt nullum inibi amplius reliquum sit
Lutheranismi publicum exercitium; quo
Antuerpia an. 66. Apostolos Luthericos Illy-
ricum & Spangebergium cum quatuor alijs
Symmistis exturbârunt; quo anno 91. verbi
Ministros Saxonicos cathedris, pecunijs, do-
mibus, vita ipsa despoliare conati sunt, spoli-
assentq; , nisi aliud diuina prouidentia dispo-
suisset; quo deniq; , vt alia innumera omittam,
circa annum 1605. Marpurgo & ex parte Has-
sæ non parua Lutheranismum eliminarunt.
Si hæc est fraternitas Caluiniana, sit sanè, sed
qualis Caini fuit erga Abelem, Esau contra
Iacob, Abimelech in septuaginta fratres, Ru-
ben & fratrum aduersus Ioseph, Absolonis in
Ammon, Eteoclis aduersum Polynicem.

CAPVT VI.

*Caluinistas se ipsos separasse à Confessione
Augustana.*

Heluetij
damnant
aliquot ar-
ticulos
Confess.
August.

Qui extra Imperij fines Caluinistæ vixe-
runt, idq; quod senserunt animo, liberè
candideq; expresserunt, parum ij honorificè
de Confess. Augustana locuti sunt; quin etiam
præ se tulerunt, eam nequaquam se recipere
aut velle aut posse. Docet id Lauatherus Sa-
cramentarius, in sua historia p. 19. vbi ait: *Hel-
uetij quoq; , Zvinglij opinioni astipulantes, in quibus-
dã (expende verba prædicans) articulis August.*

NON ESSE AVGVST. CONFESS.

*confessionem condemnabant, inter quos decimus articulus de Cœna Domini præcipuus fuit. Nimirũ pari retulerunt; quandoquidem decimus articulus habet, Damnamus secus docentes (puta Calvinistas & Anabaptistas) de Eucharistia. Ipse autem Lauatherus vocat eã ibidem nunc *pixidem Pandora*, alias *ocream Polonicã*, quandoq; *pallium*, sub quo Deus & Sathan simul latitare possint. Cum Lauathero facit Simlerus in Vita Martyris, asserens Heluetios nominatim decimum articulum, vt Papisticum, & scripturis contrarium, nõ recipere. Vtrifq; cõsonant in Belgio Calvinifera (in lib. cõtra formulã Concordiẽ Lutheranã) asserentes cõfessionem August. non esse Euangelicam, eamq; ob causam nõ posse Calvinistas illi subscribere. Plura huius generis testimonia verbis Calvinistarum recenset Schluffelb. part. 2. art. 17. Theol. Calvin. habes & in thesi idem è Caluino (cuius verba è germanico latinè reddita ineptè prædicans velliat tãquam studio mutata) ex Beza, ex Marlorato, ex Martyre probatũ. Sed enim nõ vt illi, qui ab Imperij decretis liberi fuere, sine circuitione suam de confess. Augustana sententiã liberè pronuciãrunt; ita quos imperiales per Germaniam premunt cõstitutiones animi sui sensã promunt intrepidè, sed in omnia alia abeuntes perplexantur, videriq; volunt lógè diuersum ab alijs dicere. Cõditio illa, accipio Confessionem Augustanã, quatenus cõsentit*

Confessio
 August.
 vicissim
 damnat
 Heluetios.

Belgæ dam
 nant Au
 gust. Con
 fessionem.

Galli dam
 nant Con
 fess. Au
 gustanam,

Calvinistę
 perplexan
 tur de Con
 fess. Au
 gust. in
 Germania.

APODIXIS, CALVINISTAS

Confessio-
nis Aug. &
Aesopi par
authoritas
Caluini-
stis.

cum sacris litteris, est optima, inquit contra Heshusium Calvinista Heidelbergensis Clebitius (Kleinvvitzium scribunt Lutherani). Nimirum quia ea cōditiōe posita, par est authoritas Confessionis Aug. & Metamorphoseos Ouidianæ, fabularumque Aesopi (quas etiam omnes obuijs vlnis Calviniani amplectuntur, quatenus consentiunt cum sacris litteris) ideo pro Calvinisequis est optima. Zanchitis Argētinæ moratus in Miscellaneis non vno loco ostendit, probari sibi Cōfessionem Aug. si modo benè recteq; intelligatur, hoc est, si glossa Calvinistica, Anabaptisticaque à primo sensu, pro cuiusq; iudicio & affectu, ad opiniones phanaticas quorumlibet hæreticorum detorqueatur. Quid? quod etiam meus prædicans §. I. *Confessione Augustana* (ait) *prour in Philippi Apologia, & alijs ipsius authoris scriptis, adeoq; in vniuerso doctrina Euangelica corpore declarata est, reuera addictos nos animis & linguis profitemur.* Verum enimvero vide in his Vorstianam vertiginem. Scribit §. 9. Confessionem August. ex vnus Lutheri testimonio non æstimandam, vt quæ publicum omnium Protestantium symbolum sit, & à multis Theologis simul adornata. Hic autem & ex vnus (Grammatici Philippi) testimonio vult æstimandam, & non à multis sed vno grammatico autore, adornatam. Vbi gentium animo peregrinabar, O noster Calvinoprædicans, quan-

Contradi-
ctio Vor-
stiana.

quando hæc chartis tuis illinebas? quid mente agitabas, cum Philippum vnicū eius authorem constituebas, & nihilominus à multis Theologis contextam subijciebas? Tenè ipse non satis intelligebas, quando quæ semel pronuntiâras, retractabas? Vnius ais Lutheri (primi eius parentis omniumq; reformatorum principis) testimonio non est æstimanda cōfessio, & vnus Melanthonis nutritoris officio in ea conformanda perfuncti iudicio stabimus? ex huius vnus fluctuantis, & Lutherum identidem consulentis, capite exponemus, quod ex omnium Lutheranorum sensu tibi cōgestum est symbolum? Vnūne iam id arbitrio vertet & peruertet suo, quod à multis Theologis tibi simul est conceptum, perfectumq;?

CAPVT VII.

De multiplici Augustana confessionis mutatione.

Accipe iam vulpem Calvinianam more Caluangelico perplexantē, & obscuris verborum griphis ac inuolucris aures incautas opplentem. Confessioni Augustanæ, ait, se addictum. Itane vero? Calvinista Sacramentarius, hostis realis præsentia Christi secundum corpus & animam in Eucharistia mysterio, Lutheranismi in eo in quo moratur commitatu, euersor, iam factus iterum est Luthe-

Caluinista
palliat se
Confessio-
ne August.
lupus pelle
ouina.

ranus Confessionista? Nem monstrū, non iam ex Africa, sed lapicidinis VVestphalicis profeminatū, non in brutarum animātium genere, sed verbi Ministrorum conciliabulis editum. plane portentum est prædicans simul Luthe-ro-caluangelicus, & ex dissimilibus pugnantibusq; sectis cōcretus. Quod si vero portentū reipsa non est; animal est profecto, plenum sutelis, fraudib. & imposturis, intus virulentiam Sacramentariā fouens, & exterius nudum Augustanæ confes. titulum, & pallium in Imperio prætexens. Illudit hac arte lectori meus prædicans, cui cōfessio Augustana in ore est, at nō in mente. Quomodo? quia refugit Confessionem Augustan. 30. exhibitam. Ait quidem se eam acceptare prout declarata est in Apologia Philippi. Sed id prorsus est nihil. Que enim ista est Apologia Philippi, ex qua declarationem hāc petemus? Nū ista, quam carolo V. Imperatori obtulit? nū quam primū VVit-tēbergæ protrusit? at ea disertim ait teste Valentino Erythræo, in tabula confes. Aug. & Heshusio de præsentia christi. *Comperimus non tantum Roman. Eccles. affirmare corporalem præsentiam Christi, sed idem & nunc sentire, & olim sensisse Gracā. Id enim testatur Canon Missæ apud illos, in quo orat Sacerdos, vt mutato pane ipsū corpus Christi fiat.* Nō hæc placet expositio caluinistæ, & proinde nō hanc, sed longè aliā somniat. Sed quam? quam inquam illā? nouā mutilatam, deprauatam

tam à Germanico cothurno (sic Philippum nominarunt Lutherani quidam Theologi) post Augustana comitia auctâ ad fol. 27. cum primum Cæsari oblata, non impleret amplius quam quatuor. Ne vero dubites de cōfessione multis modis miserè mutilata, trūcata, variata, accipe verba Melanthonis ex Epist. 22. Maij data ad Lutherum: *In Apologia quotidie multa mutamus* (quia lingua mēdax variat, verax labium cōstat sibi) *locū de votis, quia erat exilior iusto, eximi, supposita alia disputatione eadem de re paulo vberiore. Nunc de potestate claviū etiam disputo. Vellem percurrisses articulos fidei* (ipsam Aug. Confessionē) *in quibus si nihil putaueris esse vitij* (ō fidem protestanticam, ō fidam fidei Evangelicę formulam, cui ne vitiū errorq; subsit timetur à Coryphæo protestantium) *reliqua vt cunq; tractabimus. Subinde enim mutandi sunt atq; ad occasiones* (ad auræ phantasięq; mutationem, in gratiam Calvinistarum, principumq;) *accommodandi.* De hac mutatione, corruptioneq; cōfessionis grauiter questi sunt Flacciani in Colloquio Lutherano Altenbergensi. Eandem notârunt Sicius an. 41. in Colloq. VVormatiensi, Pistorius in libello *Merckzeichen* memorans f. 528. duodecim dissonantia exēplaria Confess. Fabricius in Harmonia Aug. Confess. Valentinus Erytręus in tabula Aug. Confess. David Chytręus in historia Aug. Confess. qui proinde ipsum Originale primumq; exēplar Confess. Anno primū 80. ex archiuo Imperij à Mogun-

Philippus fatetur se mutare Apologiam.

Detrahit.

Addit.

Timet vitia errorę que in cōfessione & fidei suę p̄fessione.

Confessio Augustana scenzę accommodanda.

APODIXIS, CALVINISTAS

tino Archiepiscopo petatum in sua historia intexuit vna cum primitiua Apologia Melanthonis. Apage igitur prædicans, quo dignus es cum apologijs illis Philippicis toties adulteratis, mutatis, innouatis. Non his impones viris sapientibus, qui constans quid, & certum requirunt in ijs, quæ ad fidem pertinent. Tu cum libet, arripe iam postremã, alias primam, mox aliam recognitionem Apologiæ Melanthonicæ, & cum pressus fueris autoritate & pondere vnus, refuge ad aliam, nulli reuera addictus Augustanæ Confessioni, sed sub nominis eius vmbra delitescens.

Caluinistæ
anguillarū
inftar lu-
brici in
Confess
Aug. profi-
tenda.

CAPVT VIII.

Caluinistas nullos ferè Confess. Augustanae articulos recipere.

EO impudentiæ prouehitur meus Caluino prædicans, vt §. 2. scribat: Illi August. Confessionis socij, optimo iure vocantur, qui omnes & singulos eius articulos approbant: hoc autem nos Caluinistæ facimus: Ergo. Obstupescunt intelligentes omnes ad secundæ propositionis in illo syllogismo luculētissimum mendacium. Sed vt idem vulgus cæcum palpet manibus, Augustanæ Confessioni, prout à Chytræo est restituta in historiã Confess. August. ibidemq; intellecta à Melanthere, Bren-
tio,

Oppositio
Confessio-
nis Augu-
stanae &
doctrinae
Caluinisti-
cæ,

tio, Fabro, Eccio, alijsq; collocutoribus, doctrinam opponemus Calvinisticam.

Primus articulus est, de Trinitate personarum, & essentia unitate, de Deo &c.

Hunc euertit Calvinismus. Primo, quia ex Deo primum auctorē peccati facit, id est, diabolu. Secundò, quia Dei immensam potentiam restringit ad impotentiam plurimorum. Tertiò, quia pro summa Dei bonitate substituit tyrannidem (vide Credo Calviniseq.) Quartò, quia i. Institut. ca. 13. §. 5. optat esse sepulta hæc nomina, Trinitas, personæ, &c. modo constet Patrem, Filium, Spiritu S. proprietate quadam esse distinctos. Imo barbarum quiddam est sapitq; hæc oratio: Sancta Trinitas miserere nobis. Calvin. in Epist. 2. ad Polonos. Danæus in lib. contra Genebrardum. Quid? quod Ochino fidissimo Caluini Achata, sit commentum hominum in aere volitans, nullo nixum scripturæ fundamento. Ita lib. 2. Dialog. toto 19. & 20.

Sancta Trinitas Ochino Caluista est commentum.

Secundus art. De peccato originali.

Hunc euertit primò, dum filios fidelium mortuos ante baptismu ab æterna morte eximit Patronus Anabaptistarum Calvinus 4. Inst. c. 15. §. 20. & 22. Zvinglius tom 2. de Baptismo tract. 3. Elench. contra Anabaptistas.

Calvinus Patronus anabaptistarum in baptismo.

APODIXIS, CALVINISTAS

Secundò, dum peccatum originis Zvvinglio non est peccatum, sed morbus, li. 1. Epist. fol. 54. Caluino Turcib. lib. 2. c. 8.

Tertius artic. De Christo.

Blaspheme
voces Cal-
uinistarū
circa do-
ctrinam de
Christo.

Hunc euertit multis modis quoad omnes de Christo Symboli articulos. Primò, quia duas habet personas Christus Calvinistarum, vnam Verbi, alteram Mediatoris (Calu. 1. Inst. c. 13. §. 9. 13. 24. Vorstius ipsemet art. 2.) Secundò, quia duę sunt in illo vniones hypostaticę, vna inter corpus & animam, altera inter Verbum & hominem. (Beza in respons. ad Brentij argumenta de omnipræsentia.) Tertiò, quia personæ Christi non est supplicandum, non honos deferendus nomini Iesus. Quartò, quia *Christus informē* massam assumpsit. Vide de his Credo Calviniseq. & Symbolū Calvinianum. Quintò, quia passus est æternæ mortis horrores. 2. Inst. c. 16. §. 10. Sextò, quia sua passio ne afflictionibusq; omnibus nihil profuit nobis, nihil potuit. Molinæus, & apud Foxū Protomartyr Calvinista in Anglia. Septimò, quia nihil meruit sibi. Calu. in 2. c. ad Philipp. v. 9. 2. Inst. c. 17. §. 7. Octauò, quia animi mollitie mortem cælesti decreto impositam refugit, Caluin. in cap. 12. Ioan. munere Mediatoris fungi renuit in cap. 26. Matth. correxit, reuocauit, castigauit verba vota que subito elapsa. Nonò, quia ad inferos non descendit, siquidem

dem descendisse Christum ad inferos per officiantiam in symbolum irrepfit, Beza in Apolog. aduer. Xantes. & infernus tantum horror quidam est conscientiae. 3. Institut. cap. 25. §. 12. Ad hunc descendit in horto tristis effectus. Decimò, quia resurgens egressus est è sepulchro, ea ratione, qua crassus Lutheri prætor rubras indutus caligas egredi potuit. Zvving. Tom. 2. in resp. ad Luther. lib. de Sacramen. Vndecimò, quia sedet ad dexteram temporale habens imperium vsque ad diem iudicij. 2. Institut. cap. 9. §. 3.

Christus
Caluinista
rum non
descendit
ad inferos.

Egreditur
è sepulchro
vt crassus
rusticus
potuisset
egredi.

Quartus articulus. De Fide.

Hunc euertit primo, quia propter Christum, quod est in confess. corrigunt, & faciunt per Christum. Ita fratres quidam Caluiniani apud Bezam in Absterf. calumniarum Heshusij. Secundò, quia, quod in confessione est (qui sua morte satisfecit) tollunt, aiuntque si Christum simpliciter Iudicio Dei opponas, merito non est locus. 2. Institut. ca. 17. §. 1. Tertiò, quia Caluino non ipsam fidem peccatoris, vt vult confessio, imputat Deus pro iustitia, sed iustitiae Christi imputatione peccatorem iustificat. 3.

Iustificari
peccatorem
non propter
sed per
Christum.

Institut. cap. 11.

§. 2.

Quin-

*Quintus artic. De verbo & Sacramen-
torum ministerio.*

**Baptismus nō confert Caluini-
stis gratiā
adoptio-
nis.** Hunc euertit eo quod nolit per Sacramen-
ta tanquam instrumenta donari Spiritum san-
ctum. Neq; enim gratiam adoptionis à Bap-
tismo inchoamus, secundum Calvinistas, sed
per eum potius, illa in nobis obsignatur. Si-
cut prius oportet scribi diploma, quam sigil-
lum apponatur. Beza Theol. tract. Tom. i. in
abstersione calumniarum Heshutij, & clarius
**Baptismus
est sigillum
pro litteris
adoptio-
nis per gra-
tiā scriben-
dis sæpe in
agone cum
eōuertitur
peccator.** Bullingerus Decade 5. serm. septimo, gratiam
non primum conferri baptismo, sed obsigna-
ri quod habuerunt prius ait.

Sextus artic. De bonis operibus.

Hunc euertit, quia Caluino 3. Instit. ca. 14.
§. 9. nec vel vnum à sanctis exit opus, quod si
in se censeatur, non mereatur iustam oppro-
brij mercedem; vt proinde necessario sit fal-
sum, fidem bonos fructus, vt inquit confes-
sio, parere.

*Septimus art. De Ecclesia peren-
nitate.*

Hunc euertit, eo ipso quo docet, quod vna
sancta Ecclesia perpetuo mansura non sit, nec
manferit. Sic enim Petrus Martyr de votis
pag. 50. statim, inquit, ab Apostolorum tem-
poribus cæperunt errores (in Ecclesia). Et
Caluin. in resp. ad Sadol. *Palam est conspicuumq;
erudi-*

eruditus simul ac indoctis, prostratum fuisse Christi Caluini regnum, cum erectus est Pōtificis Romani principatus. prophetia.
 Et in præfat. Catechismi ad ministros in Frisia orientali: *De posteritate ego sic sum anxius, ait, vt tamen vix cogitare audeam. nisi enim mirabiliter Deus è cælo succurrerit, videre mihi videor extremam barbariem impendere orbi (posteritati Caluini Mahometizanti vnumq; Deum oppugnanti) atq; vtinam non paulo post sentiant filij nostri, fuisse hoc verum potius vaticinium, quam coniecturam.*

Time-
 Caluini-
 quæ barba-
 riem.

*Octauus articulus. De Ecclesia membro-
 rumq; eius sanctitate & vera fide.*

Hunc euertit. Quia Caluino Ecclesia est prædestinatorum: siue autem illi credant vt adulti Caluinistæ, siue non credant, vt filij fidelium ante baptismum morientes parum interest ad inquisitionem in corpus Ecclesiæ. De hoc supra art. 2. & Calu. 4. Inst. c. 1. §. 2.

Caluino
 Turcæ sunt
 in Ecclesia,
 modo sint
 prædestina-
 ti, & ali-
 quando eõ
 uertendi.

Nonus articulus. De Baptismo.

Hunc euertit, eo quod Calvinus Anabaptistis patrocinans, contra istius articuli anathema scribat 4. Inst. c. 15. §. 20. *Infantes nostros antequam nascantur, se adoptare in suos pronunciat Deus.* (Caluinisticus) Adde quod Musculus, in locis communibus de Baptismo, velit Ioannis discipulos bis fuisse tinctos, vero baptismo, quod etiam Caluinum fateri necesse est, Ioannis baptisma pro vero agnoscentem, 4. Instit. Paulo.

Infantes
 Calvinista-
 rum ado-
 ptantur non
 dum nati.

Caluinistis
 baptizati à
 Ioanne ba-
 ptista, reba-
 ptizantur à
 Instit. Paulo.

Inst. cap. 15. §. 7. & ab eo baptizatos ab Apost. Paulo Act. 19. rebaptizatos necessaria consequentia concedentem.

Decimus articulus. De vera realiq; Christi corporis & sanguinis in Eucharistia presentia.

Caluiniste
damnant
& execran-
tur veram
Christi
presentiã
in Eucha-
ristia.

Hunc euertit execraturque tota fex Caluinistarum vsque adeo, vt propter eum articulum Caluinisequæ Lutheranos vocent, anthropophagos, hæmatopotas, thyeftas, chisticidas, artolatras: impanati, crustacei, furfuracei Dei cultores. Ietzlerus lib. de diuturnitate belli Eucharistici. Nimirum hæc Helena est, pro qua tanto iam tempore à Caluini grege contra Lutheranos, damnantes Anabaptistas & Caluinistas secus docentes, belligeratur. Nec hanc litem esse de verbis, vt Bucerus & versipelles quidam Caluiniani volunt videri, ostendit Melanthon per Antitheses Zyvingliani & Lutherani dogmatis de cœna, apud Chytræum fol. 673.

Vndecimus articulus. De peccatorum aliqua in confessione enumeratione.

Caluiniste
non confi-
tentur syn-
cere.

Hunc euertit tollendo omnem omnino peccatorum grauiorum enumerationem, & eorundem priuatam absolutionem. Caluin. lib. 3. Instit. cap. 4.

Duodecimus articulus. De pœnitentia & gratiæ Dei per eam recuperatione.

Hunc euertit, dum pernegat semel iustificatos posse amittere Spiritum sanctum. Caluinistæ nō possunt amittere Spiritum sanctum semel habitum, Audi Geneuenses velut Anabaptistarum, quos hic damnat articulus, fratres in confes. Geneuensi cap. 4. §. 20. Fides, aiunt, à perseuerantia dono nunquam diuelli potest. Similia docet Caluinius lib. 3. cap. 2. §. 9. Beza in colloq. Montisbellig. fol. 463. volens per peccatum gratiæ vsum, non ipsam tolli gratiam, quo modo ebrietas vsum rationis, non autem rationem adimit.

Decimus tertius articulus. De vsu Sacramentorum.

Hunc euertit, dum verum vsum Sacramentorum fidelibus suffuratur, omnem eis vim efficaciamq; ad gratiam conferendam subtrahens. de quo art. 5.

Decimus quartus articulus. De ordine Ecclesiastico.

Hunc euertit dum ad verbi ministerium Carnifices alicubi Verbi ministri Caluiniani. admittit alicubi profugos ciuitatum Principumq; carnifices, & mutilatos auribus tenebriones, & sicarios nequaquam legitimè vocatos.

APODIXIS, CALVINISTAS

*Decimus quintus artic. De ritibus
Ecclesiasticis.*

Hunc euertit omnes Ecclesiasticos ritus, quos seruandos vult confessio, radicitus extirpando, & ferias certas, festaq; Sanctorum sola propemodum Dominica relicta abrogando. De hoc alibi plura.

Decimus sextus articulus. De seculari potestate.

Caluiniste
hostes Mo.
narchiarū.
Hunc euertit, dum legitimas Regum Principumq; catholicorum ordinationes ciuiles, non vt bona opera Dei recipit, sed oppugnat: dum Imperatorum, Ducum, Comitum potestatem, monarchiasq; condemnat. Bucerus: *Qui vnus in Repub. expetunt principatum, ordinationi diuinæ resistunt.* Quid aliud de Principibus dicant eo in articulo damnati Anabaptistæ?

Decimus septimus articulus. De extremo Iudicio.

Pater in
persona fi-
lij iudica-
bit mor-
tuos.
Hunc euertit, Richero apud Villagagnonum ad art. Caluin. trad. cap. 86. docente non filium, sed patrem in filij persona iudicaturum mortuos.

Decimus octauus articulus. De libero arbitrio.

Euertit hunc tollendo omnem libertatem voluntatis etiam ad efficiendam ciuilem iustitiam

stittiam & deligendas res rationi subiectas. Ita enim Calvin. lib. 2. Instit. c. 2. §. 5. Communiter solent (Scholastici) res medias, quæ nihil ad regnum Dei pertinent, sub libero hominis consilio ponere: veram autem iustitiam, ad specialem Dei gratiam, & specialem regenerationem referre. hæc deinde latè exagitat in sequentibus. docens hominem liberum à coactione, eo quod agat sponte & voluntariè, at non liberum esse à necessitate.

Decimus nonus articulus. De causa peccati.

Hunc euertit & pessundat, dum Cal. Deum facit peccati authorem, voluntate non solum permissiua, sed etiam actiua; dum in Deo ponit, non solum ordinationem peccati ad certos fines, sed etiam peccati operationem; dum vult Deum non solum deserere homines, eisq; gratiam subtrahere, sed & excitare ad peccandum, adeoq; impellere. de quibus ad artic. 1. Credo Calviniseq.

Vigesimus artic. De fide.

Hunc euertit, dum fidem contendit non esse fiduciam misericordiam, quæ erigit perterrefactas mentes, quæque est in voluntate, sed firmam certamq; intellectus vult esse cognitionem, & notitiam (quod negat Aug. Confessio) diuinæ erga nos benevolentiam. Cal. 3. Inst. c. 2. §. 7.

Fides Calvinistis est notitia.

APODIXIS, CALVINISTAS
*Vigesimus primus articulus. De cultu
Sanctorum.*

Caluinistę
exurunt
ossa maio-
rum suo-
rum.

Hunc euertit in eo, quod venerationem sanctorum vnâ cum eorum inuocatione imperitè prorsus aboleat, & sanctorum ossa (vti factum corporibus Hilarij, Martini, Irenęi, Bonauenturę in Gallia exustis profanatisque) cõcremet, quale nihil iste articulus, vel praxis Lutherana docet. Etiam euertit ritus Ecclesiarum, quos se Lutherani ibidem diligenter retinere asserunt. Adeo nullus est in priore parte cõfessionis Augustanę articulus, quem non Caluiniana pestis eneruet. Ad posteriorem veniamus.

Secunda pars Confess. Augustanę.

Caluinistę
sub neutra
specie Chri-
stum acci-
piunt.

Euertit Secundę partis articulum i. quod nec sub vna, nec sub vtraque specie, corpus & sanguinem Christi Caluinismus distribuat. Sed vt in Baptismo aquam, ita hic panem exhibeat, sigillum gratiæ & infitionis in Christum vel factę, vel faciundę.

Euertit articulum tertium, quo Confessio dicit de Missa, eam retineri apud Lutheranos vna cum vsitatis ceremonijs, vt etiamnum videre est Hamburgi, Lubecę, Magdeburgi, & in alijs ciuitatibus. At Missam istam ceremoniasque Caluiniani faciunt plus quam missam horrendis eam diris deuouentes.

Euert-

Euertit articulum 4. quo dicitur, non so- Accumbū
apud Cal-
uinitas
qui volūt.
let porrigi corpus Domini, nisi antea explo-
ratis & absolutis. Porrigunt Calvinistæ pa-
nem suum etiam antea nunquam visis vel au-
ditis.

Euertit deniq; vltimum de potestate Ec-
clesiastica, quam statuit Confess. Augustana
in ministerio verbi, in remittendis retinen-
disq; peccatis, in Sacramentis administrandis,
in doctrinis nouis examinandis, in publicis
peccatoribus à communione separandis. Neq;
enim his contentus Caluangelismus: longius
(omissa tamen peccatorum remissione) pro- Cōsistoria
Caluini-
stica.
uehitur, erigit consistoria caluinitica cum
suis Superattendentibus, qui collectas pecu-
niarias faciunt, leges morum cæremoniasque
statuunt, decernunt de fortunis capitibusque
multorum. Et quid non caluinopapistæ sibi
potestatis sumunt in Anglia? quis vnquam E-
piscopus catholicus maiorem sibi in politicis
rebus authoritatem tribuit?

Hæc cum ita sint, quale tibi os illud prædi-
canticum videtur beneuole Lector, quod ait:
Nos caluinistæ omnes & singulos articulos
confess. Augustanæ approbamus? vix vnus &
alter est, quem recipiant integrè, & hoc erit,
omnes & singulos articulos approbamus?
Quid ab hoc homine expectes in alijs obscu-
rioribus, qui Põticè adeo mentitur in testatis-
simis clarissimisq;? Sed de his cõsule vel vnus

APODIXIS, CALVINISTAS

tantum superioris anni Catalogos Nundinarum Francofurtensium, inuenies collationes doctrinae Zvinglij, Caluini, Bezæ, cum August. Confess. authore Menzero: oppositiones articulorum fidei Calvinianæ & Lutheranae per Huberum: Enchiridia controuersiarum, inter Theologos Augustanae confessionis & Calvinistas, à Luca Osiandro facta. Quid? quod etiam contra fraternitatem Calvinisticam ex professo scriptum sit? Cum enim Calviniani transformantes se in angelos pacis, in Palatinatu vulgassent libellum de pace inuenda cum Lutheranis, respondit Georgius Mylius VVittenberga, Philippus Nicolai Håburgo, vterque germanicè, ille in *furzer entwerffung der andtwort / hic, in friedtbietung der Theologen*: & ita respondit, vt Calvinianam amicitiam ad Orcum vterque relegarit. Quod luculenter ante fecerat Schütz in suo Sacramentario Diabolo, & in quinquaginta causis. Schlüsselburgius in Theologia Calvinistica, Holderus, alijq; in thesi citati, & tanquam sudes frementi Ministro verbi in oculis positi.

CAPVT IX.

Elusiones prædicantis elisæ.

NVnc vt multis immoremur puerilibus, & ludicris subterfugijs prædicantis resfellen-

ellendis, nec necessarium, nec operæ pretium duco. Primò, vult lites Calvinisticas cum Confessionistis, non esse de rebus tanti momenti, vt concordiam possint impedire; sed nemo nisi cæcus, non videt, res vix controuerti posse maiores iã dictis, & ipse agnoscit suos de Cœna digladiari cum Lutheranis. An hæc res non est momenti maximi? An parum interest quid de cœna Domini credas? Vnde igitur bella Tigurinorum contra Lutherum, de quibus supra? vnde irreconciliabiles iræ & contentiones, quibus ab ortu Calvinismi cõflictantur Sacramentarij cum Luthericis? Vnde Tigurinorum in præfatione Apologetica ad reformatas Ecclesias hæc confessio? Non de sola Domini cœna, sed de Christi Seruatoris nostri persona, de diuina & humana natura vnione & distinctione, de Corporis eius omnipresẽtia, & eiusdem corporali, qua ore ac dentibus fiat, & tam pijs quàm impijs communis sit, manducatione, & eius in cœlos ascensione ad dexteram patris, tanto disputationis feruore contenditur, vt non pauca veterum hæreses, qua olim damnata & extincta fuerunt, quasi ex inferis reuocata, caput prorsus attollant. Qui vero noua ista errorum portentia nolunt admitttere, ij sub odiosis Zvinglianorum & Calvinistarum nominibus exhibentur, vt qui Christum mendacij arguant, carnem eius viuificam esse negent, personam eiusdem cum Nestorio discerpant, neq; de eo honorificentius sentiant, quàm Turca in suo Alcorano. Sacramentariorum

Caluini-
stas non de
lana capri-
na contende-
re cū Lu-
theranis,

errorem clamitant non amplius simplicem & vulgarem errorem esse, sed blasphemam multarum horribilium haresum defensionem: Omnipotentiae item & veritatis Christi abnegationem & preparationem ad Nestorianam, Arrianam & Turcicam impietatem, blasphemiam deniq; in Christum, qua fidei Christiana articuli horrendum in modum peruertantur, & aduulterentur. Nec hucusq; vnquam obtinere potuimus, vt controuersia hac in publico conuentu cognoscatur, & ex verbo Dei dijudicetur. Quis ergo ille spiritus est, qui de omnibus ex priuato arbitrio pronunciat, neq; vllius censuræ vult subijci, eos autem contumeliosè caedit, quos pro conseruis debeat agnoscere. Hæc illi, quæ si mauis ex Lutherano cognoscere, vide Theolog. Calvinisticam Schluffelburgij in plerisq; articulis religionis Calvinianam contradictionem detegentis.

Luthera-
nos satis
semper in-
tellexisse
Caluini-
stas.

2. Vult Zvinglium eiusque laterones non satis intellectos. Sed negat id apertè Lutherus supra cap. 4. negat id Melanthon supra in artic. 10. negant id filij nepotesque, vtriusque per Saxoniam. Et quæ esset vel illa infantia Sacramentariorum, vt se nequirent satis explicare, vel quis stupor iste fuisset Lutheri, vt sufficienter explicata capere non posset? non est discipulus super Magistrum: si Magistri se inuicem non intellexerunt super cœnam, quomodo discipuli se mutuo intelligent vnquam inter prandia? At post Melanthon ad

Cal-

Caluinum inclinavit! quid tum? Etiam Iu-
 das Iscariotes ad Capharnaitarum sententi-
 am accessit. accidit Philippo à morte Luthe-
 ri, quod naui amisso gubernatore, vt fluctua-
 ret incertus fidei propter inopiam veræ
 Theologiæ. Pendebat vt discipulus à Lu-
 thero in rebus fidei, eum consulebat vt suum
 oraculum, supra cap. 7. sine hoc nihil definie-
 bat, vt ex epistolis Augusta ad Lutherum scri-
 ptis est videre apud Chytræum. Eo è viuis
 sublato inuisus Lutheranis rigidis propter
 mollitiem, suspectus Calvinistis propter si-
 mulationem, ingratus Catholicis propter
 priorem pertinaciam in hæresi; quos quidve
 sequeretur, exploratum certumque non ha-
 buit. Sed vt res Philippi senescentis se ha-
 buerint, parum inter est, non quid ipse post
 annum trigessimum senserit anquirimus, sed
 quod Calvinistas à germana primogeniaque
 confessione Augustæ exhibita explicataque
 procul habuerit, arcueritq; etiam prædicante
 teste §. 6. demonstramus. Hoc satis ad con-
 cludendum Calvinistas non esse legitimæ
 veræque Confessionis Augustanæ filios, sed
 spurios, & nothos, qui per fraudem impostu-
 rasque irrepant in Lutherimonium patrimo-
 niumque Augustanum, exclusis veris hære-
 dibus. De Melanthere vide Schlusselfburg.
 part. 2. Calu. Theolog. art. 10.

Philippus
 dubius
 semper in
 fide.

3. Vult Calvinum officiosè semel salutatum à Luthero in epistola ad Bucerum; & proinde inter fratres receptum. scilicet quia Pilatus precatur Herodi salutem, quia Turcarum Imperator Tom. 1. Colloq. fol. 209. optat Luthero vitam longam, suamq; benevolentiam illi promittit, ideo Pilatus & Herodes, Turca & Lutherus sunt fratres. Quot non salutes impertierunt Calvinistæ Galli per suū legatum Constantinopoli Turcarum Bassis annis pluribus? An ideo iam prædicantis collectione germani fratres erunt Calviniani & Mahometani? non pugno contra hoc, sed argutias prædicanticas, ex saluatoribus fratres conficientes examino, Vulpes Calvinus obscurus tum temporis, & deformatus stigmatis Gallicanis Argentina exulabat; Bucero Proteo simulatori simulator, Cres Creti adhærebat, Lutheranos simpliciores decipiebat, adeo vt cuius religionis esset subdubitaret Lutherus Tom. 1. Coll. fol. 79. etsi Sacramentarium quid, eum iam tum sapere aduerteret: quid mirum igitur si eum salutabat? si salutando captabat? si ad suas eum partes animosè sequendas tacitè inuitabat? Habes supra cap. 4. iudicium Lutheri de Sacramentarijs.

Calviniste
prædicant
Turcarum
focij &
fratres.

Calvinus
Luthera-
num se si-
mulavit
in initio.

CAPVT X.

Ecclesie Romanæ cum Augustana confessione conuenientia.

SVbiciamus his in gratiam Lectoris, Romanæ Ecclesiæ cum prima Augustana confessione, eiusque explanatione Augustæ tradita, cōsensionem, vt videat quanto minus Lutherani pugnent cum Catholicis, quam contra Calvinistas. Laboratum est in Augustanis Comitij anno 1530. vt amica tractatione inter quatuordecim delectos 16. Augusti (quorum septem Lutheri, totidem Romani Pontificis partes sequebantur) Augustanæ Confessionis articuli cum doctrina Catholica conciliarentur. Et licet optatum non sit sortita finem illa collatio. id tamen effectum est, vt quanta esset in plerisque doctrinæ capitibus cōsensus intelligeretur. Asscribamus primum deputatos, deinde ipsos articulos. E Catholicis fuerunt Episcopus Augustanus Christophorus Stadion, Dux Brunsvvicensis Henricus, & post eius abitum, Dux Saxonie Georgius, Cancellarius Coloniensis, Cancellarius Badensis, D. Ioannes Eccius, D. Conradus VVimpina, D. Ioannes Cochlæus. Ex Lutheranis Dux Saxonie Ioannes Fridericus, Marchio Brádeburgensis Georgius, D. Georgius Bruck siue Pontanus, D. Holler, M. Philippus Melanthon, M. Ioannes Brentius, M. Erardus Sneppius. Hos inter

E 5 post

APODIXIS, CALVINISTAS

post aliquot dierum amicam cōcertationem maturamq; articulorum Confessionis explicationem, ita conuentum est, vt 22. Augusti ad Imperij Ordines referretur, primæ partis articulos omnes ad concordiam vtcunque redactos, explicatis ijs, quæ verbis alicubi videbantur dissidere à religione Catholica. Quod nè mirum videatur, propter Confessiones post ea Comitia sæpius immutatas, & aliter atque aliter à diuersis explicatas, singulorum articulorum conciliationem paucis subiiciam.

Cōciliatio
articulorū
Aug. Con-
fess. cū Ro-
mana Ec.
clesia.

In primo aiunt omnes concordant, damnantq; Manichæos, Valentinianos, Mahometanos, Arrianos, Samosatenos veteres & novos (& in his Arrianizantes, Mahometurientesq; per Sarmatiam & Europam Calvinistas).

Simul dā-
dant Cal-
uinistas ex
professo.

2. In 2. concordant simul damnantes Pelagianos cum Zvvinglianis (Caluinistis) & Anabaptistis, peccatum originale negantibus; afferuntq; vnanimiter, peccatum originis esse carentiam iustitiæ originalis, cuius culpa tollatur baptismo, remaneat tamen fomes concupiscentiaq;.
3. In 3. concordant, idemque profitentur ex symbolo Apostolorum.
4. In 4. concordant vnanimiter dicentes hominem iustificari formaliter per gratiam gratum facientem, in qua fides, vt fundamentum, includitur. at per verbum & Sacramenta instru-

instrumentaliter. Nec quenquam ex iniustos
& Dei hoste iustum amicumq; eius effici, vel
proprijs naturæ viribus, vel meritis vllis ope-
rum, sed gratis iustificari, etsi gratior deinde
iustiorq; fiat per pia opera.

In 5. concordant damnantes pariter Ana- 5.
baptistas.

In 6. concordant intelligentes fidem for- 6.
matam ornatamq; vera Dei charitate bona o-
pera parere.

In 7. concordant fatenturq; in Ecclesia hac 7.
militante etiam malos & peccatores esse, eam
ad consummationem sæculi permansuram, &
vnam esse, etiamsi ritus ceremoniæque parti-
culares vbiq; non sint vnæ & eadem in ea.

In 8. concordant vno ore testantes contra 8.
Donatistas, vti licere Sacramentis per quan-
tumlibet impuros ministros collatis.

In 9. concordant, & Anabaptistis consenti- 9.
entes Sacramentarios dānant, qui pueros Chri- Simul ape-
stifideliū affirmant sine baptismo saluos fieri. te dānant

In 10. cōcordant Anabaptistas Calvinistasq; Calvinis-
anathemati subijcientes, qui corpus & sangui- stas.
nem Christi verè adesse distribuicq; vescenti- Simul ape-
bus pernegant. Nota in primis editionib. ger te dānant
manicis & latinis anni 30. & 31. in octaua, habe- Calvinis-
ri, sub speciebus panis, &c. vnder der gestalt stas.
des brots vnd Weins wesentlich.

In 11. concordant statuentes, etsi omnia re- 11.
censeri peccata venialia non sit necessarium,

non

APODIXIS, CALVINISTAS

non tamen omittendam confessionem, tum propter ingentem consolationem ex absolutione, tum vt inde sciatur salutaris clauium potestas, tum vt remittantur ea, quæ non numerantur. Ita ad 4. art. 2. partis conclusum.

12. In 12. Concordant tres pœnitentię esse partes, contritionem, confessionem, quæ ad absolutionem respiciat, & satisfactionem. discordant autem in eo, an satisfactiones sint necessariae ad remissionem peccati, quoad pœnam, siue an condonata peccati culpa, simul illi condonetur pœna debita; quod est querere, an remisso peccato originali in baptisinate, tollatur ab homine eiusdem peccati pœna, mors, miseriamq; ex eo in orbem infusæ vniuersum.
13. In 13. Concordant statuuntq; in adultis fidem, vt dispositionem ad Sacramenta necessariam, exigere; in infantibus autem propriam non requiri, baptismo in illis ex vi & institutione Christi (Theologi ex opere operato adiunt) gratiam suam efficiente.
14. In 14. concordant cõspirantes non ferendum in Ecclesia ministrum nisi ritè vocatum. de quo in 2. parte art. 7.
15. In 15. concordant ex parte. de eo in 2. parte art. 5. 6. 7.
16. In 16. concordant de magistratu ciuili cõtra Anabaptistas.
17. In 17. de aduentu Christi concordant.
18. In 18. concordant de libero arbitrio, quod
sine

sine gratia, Deo gratū nihil prorsus, cum gratia, & in eo qui ipsum cōfortat, omnia possit.

In 19. de causa peccati contra Zvinglianos 19.
Caluianiosq; cōcordant, eam non in Deum, sed prauam creaturæ voluntatem reijcentes.

In 20. concordant laudantes à Lutheranis 20.
concionatoribus doceri 1. opera bona facienda. 2. ea ex fide gratiaq; profecta Deo esse placita. 3. remunerationē ijs ex promissione Dei reservari in cælis. cetera de fide in eo articulo expressa, ad 4. artic. pertinent.

In 21. concordant 1. angelos & sanctos ex- 21.
ultare de peccatore agente pœnitentiã, & pro eo intercedere. 2. eorum memorias & festa ad excitandos alios ad imitationem iure optimo celebrari. 3. non prohibendum, eas inuocare animas iam cum Christo sponso suo triumphantes, quas licuit inuocare adhibereq; deprecatrices adhuc in corpore mortali fragiliq; peregrinantes. Negârunt tamen Lutherani se eas inuocatuos, quod scripturâ id ipsis non præciperet. Sed id concordia hoc in articulo nihil obstitit, Catholicis vtilitatem necessitatemq; intercessorum apud Deum agnoscentibus, vel ex eo quod viuorum intercessionibus vtilissimè pro concione petantur.

Quid igitur inquires interuenit, quo minus
perfecta conciliatio inter vtrosq; successerit?
Partis secundæ articuli nonnulli. In primo
namq; de cōmunionē sub vtraque specie dis-

Discordia
inter Lu-
theranos &
catholi-
cos.

Sub specie
panis sumi
Christi san-
guinem.

cordârunt, illud interim profitentes, Chri-
stum sub vna specie esse totum secundum cor-
pus & animam, humanitatem ac diuinitatem,
secundum sanguinẽ æquẽ ac carnẽ (esset enim
alias exangue & mortuum corpus) vt proinde
nihilominus sumatur minus sub vna specie, quã sub
duabus, nec magis sanguinẽ Christi quis par-
ticipet sub vini specie, quã sub specie panis
participarunt, vel discipuli duo in Emaunte,
vel Christi fideles Act. 2. perseverantes in fra-
ctione panis, vel Christiani in primitiua Ec-
clesia sub vna specie sacram hostiam ob perse-
cutiones secum domum asportantes. Vrserunt
Confessionistæ mandatũ esse Christi Matt. 26.
bibite ex hoc omnes. Sed responderunt Catholici
ad Apostolos id dictum, de quibus Marcus 14.
& biberunt ex eo omnes, atq; ita mândato satisfa-
ctum. Nec erat sanè cur ea de re verbum com-
mutaretur vllũ, quando Lutherus propterea
dictũ voluit (omnes) ne vnus solus sacratũ ca-
licem ebibẽdum sibi existimaret, sed cum re-
liquis diuideret. Certè Lutherus tom. 7. germ.
V Vittenbergeni f. 17. p. 2. in sermone de Ve-
nerabili Sacramento apertè ait, non necessari-
am esse vtranq; speciem, & idẽ repetit eodem
tomo fol. 37. & alibi.

De Castita-
te Sacer-
dotum.

In 2. de Sacerdotũ coniugijs discordârunt,
confessionistis vrgentibus matrimonij neces-
sitatẽ, ordinationemq; remedij pro ijs, qui
castitatis nõ habent donum. Sed occurrerunt
Catho.

Catholici, prius quam vel ad religionem, vel ordines sacros animum quis adijciat, explorandum vnicuiq; an diuina adiuuante gratia se cōtinere possit: deinde perpendendū necessariam esse cōtinentiam coniugibus, dum alter æger est años duos, tresue, dum peregrinatur alteruter lōgè semotus ab altero, dū orationi secundum Apostoli consiliū I. Cor. 7. vtiliter sunt vacaturi; id quod fit his in casibus ex necessitate; longè fieri facilius Deo aspirante ex virtute; maximè si precibus donum hoc à Deo feruēter expetatur, si meditatione lectioneq; sacrarum scripturarum mens à carnalibus cogitationibus abducatur, si cibi potusq; moderatione, si cilicinatum interularum vsurpatione, si strati asperitate, si pacto cum oculis fœdere, si declinata cum mulieribus omni arctiore familiaritate, si sermonibus fescenninis, occasionibusq; præcis, prudenter corpus tractetur, regatur, subijciatur. Hos esse qui possint capere & capiant commendatam in sacris scripturis castitatem. Nec matrimonio extingui concupiscentiam, sed potius augeri, ut de quo dictum sit I. Cor. 7. *tribulationem carnis habebunt, Quod insinuauit poëta: quo plus sunt pota, plus sitiuntur aqua.* inquit. Nimirum generantur ex actibus frequentatis habitus, propensionesque inflammantur ad consimiles actus. Venter Baccho & Cereri assuetus non potest sibi facile temperare à poculis

Eam esse
prudenter
promitten-
dam.

Castitatis
media.

Matrimo-
nium non
extinguit
concupis-
centiam,

men-

APODIXIS, CALVINISTAS

Continen-
tes facilius
superare
voluptatē.

mensifq; & caro petulca postquā iam lotum gustavit, sibi imperitari finat? ea se ab assuetis Sirenū scopulis absque difficultate retrahi ferat? Difficilius se continet, qui quandoque voluptatibus indulget: facilius qui in perpetuum ab ijs se abstinēt. Minus in hoc articulo conuentum est quam præcedenti, nihil obstante, quod Catholici appromitterent, se Ecclesiasticos concubenarios Catholicæ Ecclesiæ pestes prorsus sublaturōs, nec vllō modo toleraturōs.

Triplex
Sacrifi-
cium.

In 3. de Missa non ægrè conuenit, quo ad consuetas vestes sacras, ceremoniasq;: potissima quæstio de Canone, oblatione, sacrificiōne fuit. Sed & ea pulchrè breuiterq; à catholicis expedita fuit, asserentibus: Christum apud Iudæos per Moysen aliosq; sacerdotes, in agno paschali fuisse oblatum figuraliter, hoc est, velut in figura ac typo; in cruce à seipso immolatum passibiliter, id est, modo cruento; at in missa per noui testamenti Sacerdotes ad memoriā passionis offerri mysterialiter, id est, modo incruento, hostiamq; in cruce oblatam repræsentante: quo de Sacrificio Malach. 1. sit olim pronunciatum.

In 4. concordârunt, de quo supra in art. 11.

Luthera-
nis nō co-
medendas
publicè
carnes.

In 5. de discrimine ciborum placuit prote-
stantibus 1. generales ceremonias pacis & cha-
ritatis causa seruandas, vtq; ordinatè fiant om-
nia. 2. carnes publicè se nō manducaturōs die-
bus

NON ESSE AVGVST. CONFESS.

bus 4. temporum, feria sexta, Sabbato in vigi-
 lijs Natiuitatis, Paschatis, Pentecostes, Bapti-
 stæ, omnium Sanctorum. Nec in quadragesi-
 ma permissuros, vt carnes distrahantur pu-
 blicè, sed in omnibus potius, quantum fieri po-
 test, se catholicis conformaturos. 3. Festos se
 habituros, omnes Dominicos dies, Natalem
 Christi, Pascha, Pentecosten, singulos cū dua-
 bus ferijs sequentibus, Circumcisionem, Epi-
 phaniam, septimanam sanctam, Ascensionem
 Christi, præcipua D. Virginis festa, solennita-
 tes Apostolorum, D. Michaelis, & omnium
 Sanctorum. 4. his diebus consueta cantica, of-
 ficia, & lectiones seruatueros. 5. Litanias die-
 bus rogationum lecturos.

Festa Lu-
 therano-
 rum.

In 6. de votis monasticis monasterijsque,
 concordia inueniri non potuit, fugitiuorum
 monachorum monialiumque ingenti turba
 votum castitatis, vt ordinationi & mandato
 Dei scilicet cōtrarium, aspernante, protestan-
 tesque ad suas partes trahente, immisiss in opi-
 ma cœnobiorum bona viris sæcularibus. Sed
 nimirum manet illud Spiritus S. oraculum
 Psal. 75. *Vouete & reddite*; vouete pro arbitrij
 vestri libertate, sed vbi iam semel voueritis,
 reddite tanquam promissionum debitores.

In 7. de potestate Ecclesiastica consense-
 runt, potestatem Episcopalem manu tenendam,
 illique debitam obedientiam exhibendam, simul
 & iurisdictionem Ecclesiasticam authorita-
 temque excommunicandi relinquendam. Vi-

F des

des iam opinor beneuole lector, quam parum distent Catholici à veri nominis Confessionistis, quamque facile controuersæ res emendentur, cõponanturq; , si turbidi affectus honorum, in cathedris occupandis; opum, in Ecclesiasticorum bonis ad se trahendis; voluptatum, in confortibus expetendis, seponantur.

CAPVT XI.

Prudentius à Confessione Augustana & Lutheranismõ ad Catholicismum, quam Calvinismum transiri.

ETiam si nullus moneat, sapientius Lutheranos facturos, si Calvinismo longè anteponant religionem catholicam, quilibet tamen id superiorum esse confectarium facillimè perspicit. vt eorum hac in re prudentia dignis sat præconijs extolli non possit, qui per superiorem Germaniam à Lutheranismõ non ad Calvinismũ, sed fidem Romanam sunt regressi. Nõ erit abs re idem illud adhuc distinctius aliquanto euoluere, suisq; momentis ac rationibus constabilire. Primum suadet illud maior Lutheranorum cum Catholicis, quam Calvinistis in plerisq; articulis consensus, vt qui nõ de Trinitate, non de Deo authore peccati, non de Christo, alijsq; in prima parte Confess. August. articulis, prout faciunt horrendè blasphemantes Deum Calvinistæ, dimittent: sed solum circa abusus secundæ partis depugnent,

pugnent, consensuri si prudenter attenteque scripta veterum de his excutiant.

2. Suadet idem vox vna prudenti ū Lutherano-
norū, dictitantiū, longè meliores esse Papistas
Caluinistis, citiusq; se redituros ad Papismum
quam Caluinismum. audi (vt minorum genti-
um Ministros fileamus) Lutherum Tom. 3.
Ienę fol. 192. in epistola ad Hausmann. Ich
meine die Sacramentschender / gegen welcher
wüten ich die Papisten für sanffte vnd besche-
dene deut halten muß. Id est, de Sacramentiper-
dis loquor, quorum comparatione Papistas
mites discretosq; viros iudico. Et, in der gros-
sen bekantnuß vom Nachtmal / eod. Tom. fol.
438. were besser sie weren noch Bapstisch / dann
dass sie Zwinglisch zu Basel / Straßburg / Zü-
rich / c. lehren. Id est, Satius esset eos adhuc esse
Papistas, quā Basileæ, Argentorati, Tiguri &c.
Zvvinglicè docere. Et paulo post. Ich Luther
bekenne dass ich Zwinglium (vnd sein geschwa-
der die Caluinisten) halte für ein vnchristen / er
lehret vnnd helt kein stück des Christlichen
Glaubens / vnnd ist sieben mal ärger worden
dann da er ein Papist war. Id est. Ego Lu-
therus fateor Zvvinglium (& eius gregales
Caluinistas) infidelem esse, neque de vlla
Christianæ religionis parte rectè docere, &
septuplo deteriore nunc esse, quam fue-
rit olim cum adhuc Papatum sequeretur.
Et: Ehe ich wil mit den Schwermern lauter

2. Ratio.
Papistæ
meliores
Caluini-
stis.

Wein haben / ehe wil ich mit dem Pappst eytel
Blut / vñ die transubstantiation halten. Id
est : priusquam ego cum Svermeris illis me-
rum vinū bibam , malo cum Papa verum fan-
guinem & transubstantiationē credere. Hæc
sententia, hoc iudicium est Doctoris Martini
Lutheri, à quo nihil dissentiūt, qui Lutherum
secuti sunt, confessionistæ.

3. Ratio.

Bellarm. in
notis Ec-
clesiæ.

3. Et quomodo non præ Calvinismo vir
prudens eligat Ecclesiam Catholicam, quan-
do hæc illa est, quæ Christi sanguine munda-
ta & purpurata, quæ plantata per Apostolos,
quæ rigata per eorū successores, ad nostrasq;
tempora citra interruptionem perennauit;
quando hæc illa est, quæ olim vniuersum cō-
plexa orbem, nunc etiam antipodas & incog-
nitos hæctenus populos Americæ, Indiæque
verè catholica, penetrauit; quæ idem de my-
sterijs religionis in Africa, Asia, Europa per
suos, quantumuis moribus, ingenijs, scientijs
dissimiles, pastores docuit: quæ animorū con-
iunctionem, vitæ innocentiam & sanctitatem
infidelium hominum conuersionem peperit;
quæ deniq; virorum non illustrium tantum
doctrina, sed & gloria thaumaturgorum ac ce-
lebriū veris prodigijs & miraculis, prophe-
tiæq; donis longè lateq; semper enituit. In hac
quotquot ante annos centum aui proaiq; no-
stri in viuis esse deserunt, mortui sunt. Ad
hanc ab arce cælesti despicientes ferorumque
suorum nepotum sortem hæreticā miseran-

tes:



tes: mementote, clamant (Deut. 32.) dierum antiquorum, cogitate generationes singulas, interrogate patres vestros, & annuntiabunt vobis, maiores vestros, & dicent vobis. Interrogate generationem pristinam. Iob 8. & diligenter inuestigata patrum memoriam. Nolite velut impij filij damnare maiores vestros idololatriæ & infidelitatis. Crediderunt, sperarunt, amârunt, placuerunt Deo ipsis cooperanti & sermonem confirmanti sequentibus signis.

4. Etiam dato, quod constitutum sit cuiquam se aggregare Sacramentarijs, hæreat tamen 4. Ratio. necesse est, in vna aliqua eorū secta diligenda. Quos enim sequetur? Anglicanosne quos vocant Calvinopapistas? an Gallicanos vulgo dictos Hugonottos, vel Puritanos? an denique Sarmaticos in Hungaria, Transyluania, Polonia Mahometurientes? Cum Clancularijsne & politicis omnia simulabit dissimulabitq;: an cum Causarijs Consistorialibusq; republicas & regna feditionibus, bellis, cædibus turbabit? Et cur potius ad hos quam illos accedet singulis clamantibus, Verbū Dei, verbū Dei? Cur his credet & nō illis, singulis se cōfidentissimè iactantibus, de certitudine suæ salutis? Quam hic regulā sequetur, vt quid tenendū sit in his de scripturæ sensu & explicatione implacabilibus, dissidijs, certò constanterq; dijudicet? Nullus eiusmodi occurrere potest scrupul⁹ ad catholicam fidem se adiuncturo, quæ vna est, concorsq; in fidei articulis ab Ecclesia propositis.

5. Ratio.

5. Nec illud etiam parum hac in re momenti habet, quod Calvinismus suos pedetētim ducat ad Arrianismū & Mahometismū. Vtinam nō id verissimum esse magno Germaniæ malo experiantur Transylvania, Lituania, Pannonia, vbi iam Calvinismus ad suum peruenit terminum ad Turcismum, Sabellianismum, Arrianismum, Atheismū, omni prostrata fide Deo imperatoribusq; debita. Vtinam non id viri etiam præcipui in Sacramentarijs suis exemplis rudē plebem doceant. Certè Syluanus & Neuserus duo in Rheni Palatinatu prædicātica columina, ex Calvinianis Arriani, ex Arrianis Mahometani, hostesq; Christi sunt effecti teste meo prædicāte. qua de re in apodixi 1. blasphemiarum Calvinisticarum. Nil tale timendum ex principijs fidei catholicæ. hostes ea procreat Turcis, inimicis crucis Christi; & hostes, qui cum lacte materno inimicitias imbibierint sempiternas.

6. Ratio.
Mortes primorum
Caluinistarum,

6. Adde infelices exitus præcipuorum primorumq; Sacramentariorum. Carolstadium à dæmone interfectū in Epistola de eius morte scribunt Ministri Basileenses. *Cecidit in bello Zvinglius vt latro* (verba Lutheri sunt c. 4. posita) Oecolāpadius vesperi sanus, mane deprehensus est mortuus in lecto, Luthero existimante à dæmone strangulatum. Calvinum velut ter & amplius impium Herodem cōsumferunt pediculi, dæmones inuocantē, blasphemantemq;, Bolsecus in eius vita. *Quam cōtra*

pj



pij excessus fuere Catholicę religionis docto-
 rum primorum. Non obiit, sed abiit ad vitam
 meliorem lætus gaudensq; VVestphalię Apo-
 stolus B. Ludgerus; obdormiuit placidissimè
 inter ignita cęlestis patrię desideria Septen-
 trionis Sydus Euangelicum B. Ansgarius: ve-
 lut ad nuptias agni vocatus, excessit è vita B.
 Godefridus; B. Ida, & pientissimus Episcopus
 2. Gerfridus aliaq; luminaria ditionis Monast.
 Velut ceruus ad fontes aquarum, ita ad Deum
 deproperauerūt. *Moriatur anima mea morte iusto-
 rum, & siant nouissima mea horum similia.* Num. 23.
 7. Deniq; etiam est cur in vnum coalescant
 Lutherani potius cum Catholicis, quam Cal-
 uinistis, quod Passauij pax sit inita religionis
 inter Catholicos & Lutheranos, qua nequa-
 quam constringi se re ipsa docent Calvinistę,
 exturbantes è scholis, templis, prouincijs vna
 cum Catholicis Lutheranos gementes & flen-
 tes, quos Catholici tolerant in locis ab anno
 Christi 1555. occupatis. Hanc catholicorum
 in se beneuolentiam, amoremq; agnouerunt
 Lutherani Antvverpienses, quando An. 1566.
 se adiunxere Catholicis ad seditiosorum Cal-
 uinistarum vim furoremq; euadendum. Ean-
 dem etiam nunc, non diffidentur passim Con-
 fessionistę imperijs oppressi Calvinianis, qui-
 bus si liceat, multo iam tempore libeat pro-
 culcato Zvinglianismo amplecti rursus op-
 tatissimum eorum maioribus Ca-
 tholicismum.

De diuidijs Catholicorum.

Obiectio
prædican-
tis,

Hic vero insurgit meus prædicans §. 12. & 13. memoratq; etiam dissidere à se inuicem, non minus Pontificias quam nouangelicas Ecclesias; inueniri sectas Monachorum, Carthusianos, Franciscanos, Dominicanos, Thomistas, Scotistas Ockamistas, reales, nominales; poterat addere, etiam reperiri inter eos futores, factores, factores, fullones, cerdones, qui non minus suis opificijs præceptisque artium, quam Monachi habitu regulisq; quibusdam discrepant. Sed absurditatem Caluisticam deprehendisset ijs exemplis rusticus, proinde prætermisit: at nos illis institutum nostrum illustremus. non facit dissensionem in fide, quod diuersi artifices diuersas sequantur operandi rationes, nec quod discrepantes in senatu de muniendis vallis vrgeantur sententiæ. Sed si qui contra definitos articulos fidei dimicent pertinaciter, ij fidei Ecclesiæq; vnitatem dissoluunt. At vero idem de Deo, de Trinitate, de Ecclesia, de Sacramentis, de Eucharistia, & vno verbo, de omnibus fidei articulis ab Ecclesia Romana ad credendum declaratis & propositis, sentiunt ad vnum omnes scholæ Theologorum Catholicorum, & religiosæ familiæ, tã Bernardini quam Dominicani, alijq; tam Nominales quam reales. Non hic locum habet post Conciliorum Ec-

Solutio.

Monachi
habitu, re-
gulisq; ci-
ues catho-
lici opifi-
cijs, mori-
busq; sæpe
differunt.

Quid hæ-
reticis faciat,



clesiæque definitionem; ego sic sentio, quicquid etiam dicant Tridentini Patres, Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Sed quicquid semel ut fidei dogma definitum est, id ambabus vlnis, debitaque cum submissione tanquam profectum à Spiritu S. est acceptandum. Quisquis id rejicit sciens volensque; reiectus resectusque est à vera Christi Ecclesia. Disputant interim præclara subtiliaque ingenia (& quis improbet?) de ratione pulchrè eleganterque scribendi & dicendi, de virtutum natura & officijs, de instrumētis disserendi, de abditis rerū naturalium functionibus, de toto vniuerso; non eadem omnium est apprehensio intelligentiaque; quisque prout quæstionem propositam cognoscit, ita eam explicat & decidit, suam velut in philosophico scholasticoue senatu sententiam dicens, alijque vel oppugnandi vel acceptandi dicta libertatem relinquens. Disputant & Theologi, quicquid de Deo diuinis; rebus moueri potest, idque in vtramque partem ad veritatem plenius peruidendam, sed nil scientes contra Ecclesiæ definitionem concludunt. Huius censuræ iudicioque omnia volunt esse subiecta, huius ad præscriptum omnia sua accommodare & retractare semper sunt parati. Nec aliud de Catharino & Caietano (quos obijcit prædicans) dici potest. Vnius illi familiæ S. Dominici religiosi fuere, vterque doctus & ingeniosus, vterque in dignitate Ecclesiastica constitutus, vterque Romanæ sedi

APODIXIS, CALVINISTAS

addictissimus, alter etiam Cardinalis, vterq;
libens omnia sua Romanæ Ecclesiæ tribunali
submit. Contenderunt ingenijs inter se, non
contra Ecclesiam, & vter in philosophicis
Theologicisq; plus videret, oppugnatis sen-
tentijs notatisq; opinionibus sibi non proba-
tis, experiri instituerunt. Nihil in huiusmodi
certaminibus hæreticum est, vbi contra defi-
nitionem sedis B. Petri pertinaciter in fide e-
iusue fundamentis controuersum est nihil.
Vbi omnia vni Romanæ subijciuntur Eccle-
siæ, concilijsq; plenè permittuntur deciden-
da, ibi dissensio, Ecclesia sententiã ferẽte, nec
acerba nec diuturna esse potest. Vt vero dissi-
deant scindanturq; in dies singulos, magis &
magis in partes hæretici, necesse est, eo quod
nullam habeant componendarum cõtrouer-
siarum rationem. Quid enim? Cõcilia cogent?
at par in parẽ vocandi non habet potestatem;
non iudicandi authoritatem obtinet Theo-
didactus Theodidactum: nõ audiet Caluino-
papista & Barouista in Anglia Papistis inimi-
ciorem Puritanum, non Sacramentarium Lu-
theranus. Vt cereũ nasum, ita scripturam de-
torquet eorũ quilibet, ad sui capitis malè sa-
ni figmenta pertinaciter contuenda. Princi-
pum implorabunt, qua ad concordiam adi-
gantur (quod in Polonicis factum Ecclesijs
repetit prædicans) potentiam? At id & Euan-
gelicæ Calvinianorum repugnat libertati, &
ab

Caluinistę
necessario
in fidei do-
ctrina dis-
sident.

Nullum a-
gnoscent
iudicem
superiorẽ.

Torquent
singuli scri-
pturas
vt nasos
cereos.

Non pos-
sunt per
principes
conciliari.

ab vno aliquo Principe præstari non potest per Angliam, Galliam, Belgium, Poloniam, & vt præstetur non tamen in fide fideiq; articulis, sed in politica tantum administratione concordiam Calvinistis præstabit. Rex Poloniæ Catholicus est, illi, si pace fruuntur externa Poloni heretici gratias referant, nõ arma inferant oblata minima occasione. Vt in fide consentiant Calvinistæ vel in vnica Anglia, nulla vi rex potens perficere potest: Et Lutheranos cum Calvinistis, hoc est, ignem cū aqua, ouem cum lupo, cum bufone araneum, serpentes cū ciconijs aliquis conciliet? Sed & de Sarmatis contra Prædicantem hunc meum: *Constat*, inquit Iurgevvicius Polonus in bello Quinti Euangelij, *omnibus qui in Polonia oculos habent ad videndum, aures ad audiendum, rationem ad dijudicandum, ad eò nullam in Polonia & Lituania concordiam inter Lutheranos & Calvinianos inueniri, vt nulli magis inter se sint discordes. De sola Vilna nostra omiſſis alijs loquar. Nonne Lutherani & Calvinista diuersas habent Synagogas, ministros, synaxes, ritus, dogmata? An Synodis Calvinistarum annuis Lutheranorum ministri adhibentur? An eorum vnquam subscribere decretis de foeno & auena pro equis Ministrorum, de Spurijs non baptizandis, de nomine Trinitatis pro concione nõ vsurpando? nonne Lutherani à cõmunionem petentibus exigunt, vt promittant nunquam se deinceps cum Calvinistis cõmunicaturos? Nõne Regiomõte Illustrissimus Dominus Palatinus*

In Anglia capitaliter dissident Calvinistæ sub vno principe.

Arrige aures prædicans, intellige cõsensum nouæ gelicorum in Polonia

APODIXIS, CALVINISTAS

Vilnensis Theologos Lutheranos acciuit, qui cum Volano, Sudrouio, alijsq; Calvinistis de concordia agerēt? Egerunt, sed frustra. maior etiam discordia animorum est consecuta, Lutheranis Luthericè, Calviniani vero Calvinisticè pro se explicantibus scripturas, & neutris ferentibus vllos iudices quantumcunq; moderatos, quod eos etiam (nisi athei sint) oportet esse alienius religionis, in quam eo ipso inclinent parti aduersa suspecti. Non est pax impijs, nec vera consensus hæreticis, quantumlibet cōcordiam apud nationes exteras & longinquas, de quibus vulgo parum liquet, mentiantur in suis scriptis & libris. Quod si veram volunt concordiam, reuertantur ad matrem Ecclesiam, à qua desciverunt; ad patrum suorum se referant vestigia, à quibus aberrârunt; redeant ad scripturæ explanationes maioribus nostris probatas, ponant proprij sui iudicij amorem & factum, vt amor Christi, paracletusq; veritatis eorum in mentibus residere & perennare valeat. Hæc via ad tranquillitatem vera & sola, in humilitate de Deo diuinisq; rebus sapere secundum Ecclesiæ Romanæ Catholicæque definitionem.

Soli Deo gloria.

ERRO.

ERRORES ERRORVM PONTIFI-

*ciorum circa tres primos symboli articulos, in appen-
dice ad Apologiam, per Conradum Vorstium Calui-
nistam notatorum, detecti à Bern. Dörhoff
Monasteriensi.*

Viderat auritus ille apud Aesopum suo, ca-
nem obsequio & assultu, gratiam apud
dominum laudemq; inuenisse, vt vidit illico
imitari canem placuit, accurrit & ipse domi-
no assulturus: sed quod insultus asinini he-
rum læderent sterneretq;, pro gratia laudeq;
vituperium fustesq; retulit. Viderunt Calui-
nistæ Christo Domino pastori, eiusq; sponsæ
Ecclesiæ Romanæ Catholicæ, non ingrati-
canes quosdam vigilantes nauasse operam cõ-
texendis Caluino Turcismis, Theomachijs
Caluinisticis, Symbolis Calvinianis, & Credo
Caluiniseq. vix viderant, cœperunt & ipsi e-
dere Turcopapismos, indices errorum Pon-
tificiorum, & his similes rhapsodias, sed adeo
id ineptè, vt pro laude doctrinæ quam aucu-
pabantur, inscitæ vanitatisq; mendacissimæ
dedecus abstulerint. De alijs alij, ego id modo
ex hac Appendice Vorstiana de erroribus Põ-
tificijs obiter ostendam, si tamen prius censu-
ram de ipsius Enchiridio cõtrouersiarum, id
est, indice errorù Ecclesiæ Romanæ vna cum
antidoto, ex litteris cuiusdam viri docti ad
ipsum Vorstium 22. Octob. an. 1605. datis to-
tidem pene verbis apposuerò, vt fontem le-
ctor

ERRORES

Et or videat, è quo appendicem horum errorum confarcinat. Principio, inquit, displicet tui Enchiridij inscriptio (Index errorum Ecclesie Romanae) eo quod non errores sed primas veritates, ab ipso Christo Apostolisq; traditas pro erroribus recenseat. Deinde eodem labore & multo faciliori, certè vtiliori & veraciori, potuisses è Bellarmuni operibus indicem mēdaciorem Lutheri, Kemnitij, Caluini, Bezæ & aliorū pertexere. Accedit quod index iste, nihil obesse possit Catholicis, qui solo erroris nomine ab heretico obiecto parū terreantur: prodesse nihilo etiam magis queat hereticis, qui nullis per eum argumentis instruantur sed ad alios reijciantur, quos si habeant eorum vtilius indices librosq; percurrant, sin autem non habeant, frustra ad eos amendantur. Quid? quod imprudenter tam ad hostes, quam patronos tua causa lectorem remittas, dum & ad Lutherum, & Caluinum, ad Bezam & Kemnitium, aliosq; eum velut intento digito ablegas? Non conuenit cum Sacramentarijs Luthero, qui eos supra & infra, extra & intra obsessos vult à demonijs, & per Lutherum in Sacramentaria tua doctrina quisquam confirmetur? traheans antidota contra errores de Eucharistia & Missa, ais, vide Luth. de capt. Babyl. imo & tom. 2. de abroganda missa priuata. Video, & ecce tibi Sathanam abroganda Missa primum authorem video, & non inuido hereticis. Ab hoc argumenta vestra contra sacrificium Missa inuenio excogitata, huius doctrinam deprehendo euulgatam per Lutherum, amplificatam per Caluinum, retentam ab eorum discipulis. Non hoc est antidotum contra Missam indicare, sed eam quam

maxi-

Vide Nicol. Serarium de Lutheri Magistro.

ERRORVM PONTIF.

maximè stabilire, vt cui ab initio Ecclesie, vsurpata
 Sathan contradicturus non fuisset, si non eius regnum
 destruxisset. his mox addis, vide Caluinum contra
 VVestphalum, & Heshusium. Quæ & qualis obsecro
 hac connexio? vis vt videam Lutherum discamq; ab
 eo mysteria; ad quid igitur mox armas me Caluino
 contra VVestphalum & Heshusium, hoc est contra ip-
 sum in suis discipulis Lutherum? Visne vt quod indice
 te ante didiceram paulo post dediscam? vt quam hoc
 anno profiteor de Eucharistia sem entiam è Luthero te
 indicante haustam, eam sequenti ad Caluinum decur-
 rens deseram? vt non multo post à Caluino perplexan-
 te ad Zvinglium Anabaptistasq; impios transfugi-
 am? Deniq; vbi iam omnia Lutheri, Caluini, catero-
 rumq; loca abs te notata prouidero, quid aliud video,
 quam omnia bona fide notata à Bellarmino, refutatas
 eorū ab ipso calumnias, sophismata illorum detecta,
 male deniq; adeo ab vno ipso omnes exceptos cōpres-
 sosq; pondere argumētorum è scripturis, patribus, ra-
 tione deductorū, vt vix semiuui pauculi euaserint, re-
 liquis insutis in culeū & in scopulos illis. Non est hoc
 Enchiridion Controuersiarum dare, sed suos nouan-
 gelicos stultè videre & prodere. Nec hoc tam est in-
 dicare errores Pontificios, quā miseras plagasq; osten-
 dere doctrine protestantica. Hæc ille verissime
 de toto indice Vorstiano errorū Pontificiorū
 magna cura diligentiaq; elaborato: in quibus
 studio prætermisit pessima fide citatas Bellar-
 mini sententias, emēritos errores Pōtificiorū,
 insulas rerū Catholicarū explicationes, q̄ hic
 labor

ERRORES.

labor in immensum excurreret. Ego expediam illi singulos quos hac in appendice repetijt, idq; breuissimè.

Inconstan-
tia prædi-
cantis.

Primus illi error pôtificius circa primum articulum est, *quod credere in Deum nihil Catholicis differat à Credere Deo, & credere Deum.* Sed in hoc semetipsum vanitatis redarguit. Cū enim ita in Latino exemplari Steinfurtēsi sensisset, homo constans scilicet in doctrina sua, paulo post in Germ. editione mentem mutauit; omisit quicquid hoc erat de differentia phrasium illarum, & in quo prius Iesuitas errasse voluerat, in eo se errasse, est tacitè cōfessus. Miseret me tui tuorumq; auditorū, mi prædicans, qui solidę doctrinæ adeo parum adferas, vt hodie sic, cras aliter de eadem re sapias, instruasque tuos. Iesuitæ norunt ex Catechismis, vt illa discriminentur, sed norunt etiam sæpè non distingui. Vide Lorinum in ca. 5. v. 14. Actor. Apost. Riberam in cap. 3. Ionæ. Pererium in Gen. Tom. 3. in c. 15. Et vel illa sola Ioan. verba in epist. 1. c. 5. considera: *Qui credit in filium Dei, habet testimonium Dei in se, qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium.*

Errant illi etiam in eo Pontificij, *quod fidem iustificantem negent esse cordis fiduciam, sed velint esse nudum mentis assensum, cum à notitia rerum credendarum, tū à charitate, alijsq; virtutib. Christianis separatum.* At aberrat in his & à seipso, & à suis aeneus prædicans. nū enim Calu. 3. Inst. c. 2. §. 7. omni-

ERRORVM PONTIF.

omnibusq; Calvinisequis fides non est diuine erga nos beneuolentiæ firma certaque cognitio? At cognitio non est ipsa cordis fiducia, sed ex hac notitia nascitur. Audit seruus dominum narrantem multa de felicitate Indiarum; narranti, quia veracem esse nouit, credit. An hoc credere non est idem quod assentiri dicta esse vera? Audit Christianus Deum per Prophetas Apostolosq; narrantem de felicitate Cælestis patriæ, simulq; inaudit felicitatem illam datum iri illis, qui piè viuunt in Christo; narranti credit, potestne hoc credere aliud esse quam assentiri narrata esse verissima? Ex eo autem quod firmissime intellectu credit quæ audiit, intellexitq;, spes fiduciaq; nascitur in voluntate, qua non amet modo desideretq; auditam felicitatem, sed etiam speret confidatq; eam se consecuturum, dummodo piè uiuat in Christo. Hinc Apostolus Hebr. II. *Fides est hypostasis, siue fundamentum rerum sperandarum, argumentum* (siue intellectus cõuictio ad assentiendum firmiter) *rerum non apparentium.* De quibus Bellarm. cap. 5. lib. I. de iustificatione. Falsum igitur est, fidem propriè esse ipsam fiduciã filialem: falsum fidem non consistere in assensu, quo verbo Dei audito perceptoq; firmissimè propter infallibilem Dei authoritatem assentimur: falsum eam non abiungi à rerum ipsarum (puta incõprehensibilis Trinitatis in Deo, processionum in personis, creationis, incarnationis uerbi, a-

G

liorumq;

ERRORES.

liorumq; myfteriorū) notitia authoritate diuina intellectum captiuante: falſum eam non diuelli à Charitate in peccatore, qui alium occidit, inebriatur, adulteratur, nec tamen ob id Chriſtianus fidelisq; eſſe deſinit. Bellarm. loco cit. c. 15. falſum deniq; eam ſolam apud Deum iuſtificare, prout probat multis Bellarm. ibid. cap. 12. 13. 14.

Alter illi error eſt de natura Dei tum, quia iuſtificationem & ſalutem noſtram merè gratuitam eſſe negant Pontificij, ſed meritis niti aliqua parte affirmant, tum quia ſatiſfactiones à ſanctis profectas iudicio Dei tanquam verè proprias opponunt. Verum ſi nō mentitur, errat certe multipliciter. Primo falſum eſt à Catholicis negari impij iuſtificationem eſſe merè gratuitam. Nihil apud eos certius, quam iuſtificationem primam, qua ex infideli vel obnoxio peccatis mortalibus fit iuſtus, eſſe gratuitam. Vide, vt alioſ committam, Becanum cap. 1. de iuſtificatione. Secundo falſum eſt iuſtificationem ſecundam, qua, qui ſanctus eſt, ſanctificatur adhuc, & qui iuſtus iuſtificatur, Apoc. 22. non eſſe ex meritis bonorum operum. De ea enim Iacobus in Epift. cap. 2. inquit: *Videris quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantum.* Auguſt. Epift. 106. *Gratia meretur augeti, vt aucta mereatur & perfici.* Tertio falſum eſt, opera ſatiſfactioneſque piorum ab homine in gratia cooperante Spiritu Sancto profectas, non eſſe de condigno ſiue ex iuſtitia (ita enim loquuntur

Errores
prædicantici.

Theo-

ERRORVM PONTIF.

Theologi) meritorias gratiæ in hac, gloriæ in altera vita. *Vt digni habeamini* ait, 2. Theſſal. I. *Apoſtolus regno Dei pro quo & patimini.* Quarto falſum eſt Catholicis doctoribus ſatisfactiones vel meritum hominis iuſti coram Deo, eſſe de rigore iuſtitia, quod velle videtur, Prædicans, cum ait ſatisfactiones Iudicio Dei vt veras proprias & ſufficientes à nobis opponi. Et ſi enim *momentaneum & leue tribulationis noſtræ æternam gloria pondus operatur in nobis.* 2. Corinth. 4. mereamurque coronam iuſtitia. 2. Timoth. 4. Idque adeo per vires animi corporiſque & in primis per ipſam gratiam ſancti ſpiritus virium humanarum fragilitatem ad tranſnaturalia opera eleuantem, firmantem, adiuuantem: omnia tamen hæc operandi principia Dei ſunt dona; ab his profecta merita cum coronat, ſua in nobis dona exornat. Quare in hoc mira Dei relucet benignitas ſimul & miſericordia, qui impio ad iuſtitiam gratis reuocato, æternæ vitæ promerendæ vires auxiliaque largitur: deinde vero coronam vitæ, imo coronam iuſtitia, quam repromiſerat iuſtus iudex retribuit. Neque hic aut liberalitas Dei, qua ſeruis diſpertit talenta ad lucrandam promerendamque gloriam, offuſcat eius iuſtitiam in mercede reddenda, vel iuſtitia quicquam derogat liberalitati. Neque ideo in Deo, aut iniuſtitia, aut imperfecta iuſtitia eſt, quod à mortuis in cæcitate ſua & peccatis æternam exigat

ERRORES

fatis passionem, cum tamen pro eorum & totius mundi peccatis in Christo plenissimam & superabundantem acceperit satisfactionem. Vide Bellarm. 5. de iustificat. & Becanum disp. de merito bonorum operum.

Tertius error est *quod semper in hac vita de gratia Dei & salute dubitandum asserant, cum tamen certa vereque filiali fiducia Deum abba patrem Rom. 8. appellare possimus.* Impudentissimum impostorem agis, mi prædicans, declinans forum. Tu cum tuis vis te certum esse certitudine fidei de salute tua, quæ certitudo prorsus est infallibilis. Hanc fidei certitudinem negant Catholici, eo quod nusquam singulatim sit à Deo reuelatum in scripturis Vorstium aliumve prædicantem saluatum iri. At vero certitudinem Spei moralemque operanti constanter bene, nulli adimunt. Quid tu ad hæc? Abba pater. quasi non multi dicere possint abba pater noster, qui es in cælis, qui tamen non ob id illico erunt certi de salute. Lege diligentius Bellarm. lib. 3. de iustit. à ca. 4. ad 12. usque; copiosè hanc rem deducentem & c. 9. ad Abba respondentem.

Quartus error est, *Quod Deum impotentem faciunt, dum eius omnipotentiam extendunt ad polytopiam, utopiam, penetrationem corporum, transsubstantiationem & ubiuitatem, in germanico, allenthalbenheit des Jesu Christi.* Hæc iam prædicatorum planè est subtilitas, euerfa in apodixi prima Caluinist. blasphemiarum, ubi his male sani capitis fumis dissipatis impotentiam Calui-

Christianus non est certus de vita æterna possidenda certitudine fidei sed Spei.

Caluin
autem
Christi
Pruen
Mna
voqu
Fris
tunc
at qu
fapt
Q
Me
ant
no
ta
ga
s o
fi
tu
rr
tu
st
e l
es
i,
b
s. c
ge
ge
n
p

Caluiniani Dei demōstrauimus. Mendacium autem est Catholicos vbiquitatem Corpori Christi attribuere, quam Valentia, Bellarm. Busæus alijq; è Societate egregiè cōfutarunt. Mendacium simul & contradictio est, quibus vbiquitatem ascripseras, iisdē vtopiam corporis eiusdem imputare. Quod vbiq; est, potestne id nullo simul loco & in vtopia esse? aut quod sub specie panis est (etsi non circumscriptiuè) idne nusquam tibi esse videtur?

Error.

Error & Contradictio.

Quintus error de creatione. Suarez enim in Metaphys. Pererius in physiologia, alijque aiunt à Deo angelum v.g. potuisse creari ab æterno. Hem Theologum à philosophia malè lecta & intellecta Theologicos errores corrogantem. Norunt Iesuitæ mundum sex diebus conditum à Deo, idq; doctissimis in Genesin Commentarijs edisseruit Pererius: non potuisse autem ante tempus illud condi ab æterno, haud norunt vsquam in scripturis proditum. Tu vero edic, vbi scripturarum id legisti? vtro in testamento illud reperisti? quod de hac re oraculum annotasti? aut si id nō potes, errorem tuum ineptiasq; fatere. Sed & audi, habeo quod ex te percōter: cur qui filium ab æterno genuit, & vna cum filio Spiritum S. ex omni æternitate spirauit; quid est cur angelum producere nequierit? difficiliusne angeli quam filij productio? rursus si ab æterno angelum producere non potuit, ecquando primum posse incepit? ante quot annorum

Potuisse ab æterno angelum produci.

ERRORES

millia hæc angeli producendi potentia illi, qui immutabilis est accessit? Quo momento sol esse cœpit, lumē in orbe sibi proximo produxit: & ex quo Deus fuit Deus, ministrum angelum sibi facere non potuisset? Vnde hæc impotentia Dei Calvinoprædicantici? an defuit illi materia, qui omnia fecit ex nihilo? aut præsto non fuit ad quam respiceret idea, in quo perenniter reluxerunt vniuersa? vel instrumenta defuere operaturo, qui in operando dependet à nullo? vel denique angelus producendus obstabat, & qui nondum erat Dei manum potentiamq; ne produceretur ligabat? Expecto philosophiam tuam contra Suarez, Pèrerijque doctrinam: expectora si quam habes sapiētiam, vt ne barba tenus philosophus habearis.

Sextus error est, quod pro efficaci rerum gubernatore & iudice hominum angelorumq; otiosam quendam inducunt spectatorem. Nobis si parrhisia concessa foret Calviniana, verbo dicere liceret: prædicans impudēter de Catholicis mentiris. Volunt ij Deum non quidem efficaciter peccata apud se decernere, & post per se aliōsve exequi, sed tamen profundissimo sapientiæ suæ consilio permittere ea, constanter assueverant. Et præter hoc, id etiam agere, vt ex malo eliciat bonū, vt permissa peccata ad certos ordinet fines, vt ordinata iustis suo tempore supplicijs plectat. Non hæc otiosi sunt spectatoris; sed prouidi gubernatoris. De his Apodixi i. Calu. blasphemiarum, Septi-

Deum non
esse ocio-
sam spe-
ctatorem.

ERRORVM PONTIF.

Septimus error est, quod nudo vocabulo Iesus honorem deferant, magicæq; superstitione & se & alios dementent. Non desinis tui esse similis, & proinde pergis audacter imperiteq; mentiri. Cum ad nomen Principis Imperatorisue (& cur non item ad nomen Iesus?) caput detegitur, non nudo nomini, sed nominato Principi honos iste habetur. Nomina enim in Catholicorum scholis, signa sunt vocalia, quæ & seipsa & præter se id quod designant, potentia cognoscenti inculcant. Id si nondum audisti Scholas adi, inquire cur ad nomen Iesus Naue, Iesus Syrach: Iesus filius Iosedech apud Ecclesiasticum, & alibi nullum reuerentiæ signum edant, exhibeant vero audito nomine Iesu filij Dei. Vtiq; intelliges non semper honorari nomē Iesus, eo quod nudum vocabulum non respiciant, sed ad rem significatam nominiq; subiectam attendant. Cum magicis vero tuis suspicionibus superstitionibusque in rem malam apage. Plura de his Apodixi 2. Calvinist. blasphem.

Nudum
vocalulū
Iesus non
honorati.

Octauus error est, quod velint homines per Iesum à culpa tantum, non autem ab omni pœna seruari, adeoq; id per merita nostra & aliorum. Etiam in hoc primorum mēdaciorem infistis orbitis. Liberat Iesus noster eos, nō à culpa tantum, sed etiam à pœna, quos cum B. Magdalena & latrone in cruce, de suis sceleribus perfecte videt conteri: non liberat illos ab omni pœna, in quibus requisita non integratur

ERRORES

dilectio. has pœnas, ieiunia, eleemosynæ, sacrificia aliaq; pia opera minuunt, leuant, tollunt. Docet id Bellarm. 4. de pœnitentia ca. 2. & sequentibus: quid contra eum adfers? docet idem lib. de indulgentijs & Purgatorio. quid contra eius argumenta adducis? Hic Rhodus, hic salta prædicans.

Nonus error est, *quòd negant in scriptura veteris & noui testamenti omnia ad salutem scitu necessaria sufficienter esse patefacta.* Nunquam Beceselenum eiusmodi fungumue inter Caluini posteros fore existimaui, qui pro errore etiamnum hæc reponeret. vt enim triumphatorem tuorum Symmystarum Bellarm. Tom. II. de verbo Dei scripto, Gretserum in defensione Bellarmini Tom. I. Item Mulhusinum in censura disputationis Parei, Animaduersionibus in Parei disput. II. de Sacra scriptura, & in Speculo miseriarum Parei, &c. aliosque taceam, cur tute peramanter olim rogatus & penè exagitatus litteris Monasteriensis cuiusdam professoris, ne gry quidem respondisti, vtro in Testamento, quem apud prophetam vel Euangelistam, quo in libro capiteq; inuenis quatuor esse Euangelistas & non plures paucioresue? Conticuiisti ad ista aliaque, ego quid aliud putem, quam quod tacens consensisti? Audi igitur Verbi Minister, verbum breue. Fide diuina necessarium est creditu quatuor & non pauciores pluresue (esto D. Thomæ aliorumq; etiam inueniantur Euangelia) esse

esse Euangelistas. Atqui quatuor esse tantum, in scriptura noui & veteris Testamenti non est sufficienter patefactum. Aliquid igitur sufficienter non est patefactum in scripturis, quod fide diuina creditu est necessarium.

Decimus error est Missa. quo modo? quia id dicit spiritus. quis? nocturnus, ater, horrifonus. Vide Serrarium in lib. de Lutheri Magistro. De hac re satis Bellarm. libris 2. de Missa. & nos Apodixi 2. Calvinist. blasphem.

Vndecimus error est. Romani Pontificis potestas, qua Christi regnum inuadit & sibi usurpat. Credo iam Papa imposuit Peleo Ofsan, iam Enceladum gigantesq; armauit, iam scalas cœlis admouit, & ad dexteram patris confedit inde nubibus ignem iaculaturus in Calvinoprædicantes, venturusq; ad eos iudicandos. Non Christi spolijs Pontificem induunt, nec totum cum eo Christi regnum communicant, qui Christi eum Vicarium in terris statuunt, qui Vicariam, delegatam, limitatam ei auctoritatem attribuunt, qui confessoriorum potestati eum, vt hominem fragilem, subdunt. Interim eminent in Ecclesia præ omnibus, de quo Bellarm. lib. de Romano Pontifice.

Duodecimus error est, quod Dei filius non sit Catholicis *ὁμολογῶν*, sed Deus de Deo, lumen de lumine, genitus nō factus, canaturq; ita abusq; tempore Nicæni Concilij. Abi ad Sardonios, & quando erubescere amplius nescis, tinctura

ERRORES

pingere Sardoniam, ad 318. sanctissimorum patrum conspectum & confessum in Nicæna Synodo te damnantium, saltem videre erubuisse. plura Apodixi 2.

Decimus tertius error est, *pro Christo sanctos adhibere intercessores & patronos*, id enim euertit titulum Christi Domini nostri. quid acutius precor, rogo, obsecroque, populus ut oret Deum pro salute principis. Nō id licet per prædicantem, quia sic populus erit mediator & non solus Calvinianus Christus, per quem vnum ad Deum patrem accedamus, id est, preces actionesq; (ut ait prædicans) dirigamus. Item Christus via est per quam ambulemus ad Deum, non igitur animæ B. Petri licet eadem mecum ire via, comprecariq; Deum. Rursum ille est, qui inuocari debet in die tribulationis, nō igitur inuocari debet ab anima S. Pauli iam existēte in caelis pro tribulatis. Eho quantę hæc subtilitates! vide Bellar. de Ecclesia triumphante.

Decimus quartus error est, *Virginem Mariam sine peccato originis conceptam*, id namq; Christi conceptionem destruit. Quis credat? audi prædicantem. Si Maria (ait) est sine peccato cōcepta: Ergo iam à Spiritu S. non minus quā Christus est concepta. Argutè prorsus, quia hoc modo, si Eua ante peccatum primum concepisset, peperissetq; in paradiso originalis labis expertes liberos, nō eos ex Adamo sed ex Spiritu S. necessario cōcepisset, nihilq; vel ipsa, vel alię, si fuissent, mulieres virorum opera eguissent. Num hæc cōcedes prædicans? Peccauit in A-

ERRORVM PONTIF.

damo B. Maria, vt quę cū alijs naturali propagatione ab eo deriuata fit; non peccauit in illo Christus, quia naturali p̄creatione ab eo non descendit. Illa peccatum originis cōtraxisset, si nō ab eo in ipsa conceptione à filio p̄seruata fuisset. At hic, vt Deus simul & homo, peccatum incurrere non potuit.

Decimus quintus error est, *Christo corpus à Catholicis, contrarationem conceptionis veræ tribui inuisibile, impalpabile, illocale, incircumscriptum, immensum, imo ærium & phantasticum.* Si necdum lapideã ferreamue frontẽ prædicantis nosti, Lector, hic eã intuere, planè depuduit. Cuius enim rei pudere possit eam, quæ æria, phantasticaq; Christi corpora Rom. Ecel. opprobrat? Sed de corporis affectionib. plura in Apod. I.

Decimus sextus error est in docenda momentanea corpusculi Christi conformatione. Decimus septimus, in tradẽda virginalis claustri integritate dum Deum & hominem pareret. Decimus octauus in asserenda scientia infusa animæ Christi in vtero. Decimus nonus in voto virginitatis B. Mariæ ascribendo. Vigessimus in Maria regina cæli alijsq; titulis ornanda. Miseret me tui prædicans. Quot errores, totidẽ sunt prædicantiæ ineptiæ ineptissimæ: multa dicis, probas nihil. Contextis centones verborum longos, rei argumentorumque adducis parum. Errores vocas, quæ rationi scripturisq; sunt consentanea, & ipse meras pro veritate blasphemias obtrudis.

Hæc

ERRORES

Hæc ex Apodixi 3. Blasphemiarum liquido constabunt. Ne vero terreas Iesuitas, minitandò, si pergant reliquos Credo Calvinisequarum articulos pertexere, etiam te porro eos infecuturum refutaturumque; iam labor iste confectus est. Leuauit eos isto studio Quirinus Cnoglerus in Symbolo Calviniano, primum Vilnæ in Sarmatia, mox Coloniae, demum etiam Moguntiae edito. Quin iam igitur pergis ad finem perducere indicem tuorum errorum verius quam Pontificiorum? quin appendiculas appendis tuis appendiculis, farcisque apologiam pluribus bullatis nugis? Quod si amplius aliquid salis acrimoniaeque, quam sit in Symbolo isto Calviniano (cæteroqui ingenioso & benè salito) à Monasteriensibus desideras, vt eo vellicetur magis palatum Calvinianum, non erit magni laboris, quæ Cnoglerus attulit, ea & in ordinem per Credo Calvinisequarum redigere, & nouis exemplis augere, & corollarijs locupletare. Sed nisi fallor nõ hoc postulas; vnum laboras non cedere facilè Iesuitis, ne tuis videare victus. Erras in eo non leuiter. Vinci à veritate vincere est, & generosæ mentis argumentum hosti cedere in rebus perspicuè veris & apertis. Quanquam quo modo hostes esse possunt tui Iesuitæ, quos ex Epistolis salutis tuæ video studiosissimos? Sic enim ad te ex ijs non nemo 12. Augusti ante 3. annos scripsit.

Colo-

ERRORVM PONTIF.

Colonia tibi patria est (vt audio) noli te à fide vrbis sanctissima & laudatissimaq; separare, ipsa tui amantissima saepe ingemiscens ait: Mene fili mi, mene sine causa relinques, & homines heri ac nudius tertius exortos, qui diu sibi ipsis non constant, sequeris? Ego per Baptismum te Christo primum genui: Ego paruulum te foui, lactaui, nutraui: Ego à patrinis tuis tuam adhuc infantis promissionem de constantia in fide Romana tenenda accepi: & me genitrice contempta ad nouercas abibus? Quis error ille ob quem filius deseris matrem? quae ista doctrina mala propter quam à parentibus, auis, maioribusq; (qui à mille & quingentis & amplius annis fuerunt) recedis ingrata soboles? Accipi fidem à Materno discipulo S. Petri, eam mordicus semper retinui, quid aliud à me requiris? Si exerravi ab ea vnquam, agedum habes meos annales, habes Ecclesiasticos & profanos scriptores Germania, totiusq; orbis, nota ex ijs annum, Imperatores, Archiepiscopos: scribe sub illo vel isto Episcopo primum doctus est hic vel ille error Colonia, idq; authore hoc vel illo. Si id non potes, quid me condemnas Apostasia ab Apostolis, quam apostatasse non ostendis? noli te ire perditum, fili mi, cum ministris superbia; noli me sine causa deserere. Si sanctitatem meam requiris, cruore plurimorum martyrum castissimarumq; virginum, quas etiamnum complector imitorq;, sum purpurata ornataq; à Deo. Si doctrinam: tria Philosophia gymnasia, praeter iuris, medicinae & Theologiae studia, complexa, doctissimos orbi viros semper extuli. Si monumenta antiquitatis exigis; templa, plateas, ma-

ERRORVM PONTIF.

ros lapides antiquissimos, vetustissimos & Apostolica
fidei mea testes habes. Visne omnes ante fidem illam
tuam nuper orbi illatam damnatos? si non, veram illi
fidem habuerunt, sine qua impossibile est placere Deo,
& tu falsam; sin autem eos crudelis & impius prone-
pos damnas, falsam illi fidem vel à B. Materno hause-
runt, vel post super induxerunt. At quando illud? vbi et
quo in loco primum illud? quo doctore et propugnatore
illud? Excute animo Caluini aut cuiuscung, alterius
noua dogmata, quodq, vides lumen Gallia regem Chri-
stianissimum cum multis doctissimis viris fecisse, imi-
tare: Eius a cum Iusto Caluino, Heidelbergensi olim
professore Ioannem Caluinum, teq, et tuos si potes re-
stitu Ecclesie, in qua maiores ipsorum nati mortuiq,
sunt. Deus ex alto te spiritu suo induat vir clarissime
cum omnibus collegis tuis. Dat. 12. Aug. His ille & e-
go pariter concludo.


Hæc habui, quæ occasione thesisi supernumerariae
sive Epimetrae, ad detegendas Contradictiones & men-
dacia Vorstij, tibi communicarem, beneuole Lector;
in quibus ea, quæ citaui, Colloquia Lutheri, Francof.
ad Mœnum sunt impressa in 8. duob. Tomis, an. 1571.
per Nicol. Bassæum & Hieron. Feyrabendt: ibid. Hi-
storia Aug. Confest, quã sapius cito, excusa est in 4.
apud Paulinum Ressler. Hæc & alia (quorum typo-
graphos recensere necessarium nō duco) à meis mihi
charissimis præceptoribus amanter suppeditata, ea,
qua par fuit, fide, allegaui. verbis, vbi potui, alienis, re-
teutis: sicubi id commodè fieri non potuit, meis sen-
sum aliorum expressi, Vale.

F I N I S.

DEBRECENI EGYETEMI KÖNYVTÁR

Lelt.

42501/1-1979



A.
Iesova. sive Blas
phomi Monachi

